

ut sensum recuperaret, villas quasdam ad ipsum locum A Sed sensum ex aliquantula parte recuperans, non tradidit. Os quoque, quod de sancto corpore tulerat, autem integre recipiens, post duos annos vitam cum auro ac gemmis miro opere vestivit, ibique repositus. regno finivit.

Expliciunt Gesta domini Dagoberti regis feliciter.

VIII.

GESTA REGUM FRANCORUM,

Partim e Gregorii Turonensis Historia, cuius et nomen in vetustissimis codicibus præferrunt, partim aliunde desumpta, et usque ad regem Theodoricum II perducta; auctore incerto, sed qui ejusdem Theodorici tempore vixit.

Editio Marquardi Freheri consiliarii palatini collata cum diversis codicibus mss. qui sunt in bibliotheca V. Cl. Alexandri Petavii senatoris Paris., et appendice etiam ad Pippinum usque regem nunc primum aucta. Adjecta est quoque Gestorum eorumdem comparatio cum alia Historia scriptoris, ut videtur, antiquioris: ut potest qui in Chramno Clotarii I filio desinit. Ex pervertusto exemplari ms. ecclesie Cameracensis.

(Ex Duchesne, Historiae Francorum Scriptores.)

GESTA REGUM FRANCORUM,

Ex editione Marquardi Freheri.

CAP. I. — *De origine, ac gesta Francorum, vel eorum sequentia certamina.*

Principium Francorum gentis et originem, vel regum gesta proferamus. Est itaque in Asia oppidum Trojanorum, ubi est civitas quæ Ilium dicitur, ubi regnavit rex Æneas. Gens illa fortis et valida, viri bellatores atque rebelles nimis, inquieta certamina objurgantes, per gyrum finitima debellantes. Surrexerunt autem reges Graecorum adversus Æneam regem Trojanorum, cum multo exercitu: pugnaveruntque contra eum cæde magna, corruisque ibi exercitus maximus Trojanorum. Fugit autem Æneas rex, et reclusit se in civitate Ilium. Pugnaverunt enim adversus hanc civitatem annis decem. Tunc ipsa civitate subacta, fugit Æneas rex cum ceteris viris suis in Italiam, locare gentes illas, ut ei auxilium ferrent. Alii autem de principibus ejus, Priamus et Antenor, cum aliis viris de exercitu Trojanorum duodecim millia fugerunt cum navibus. Qui introeuntes ripas Tanais fluminis per Maeotidas pa-

B ludes navigaverunt, et pervenerunt ad terminos Annitos Pannoniarum, tenentes finitima spatia secus Maeotidas paludes. Cooperuntque aedificare civitatem ob memoriale [Al., memoriam] eorum, appellaturque eam Sicambriam. Ibique habitaverunt annis multis, creveruntque in gentem magnam.

CAP. II. — *Quod gens Alanorum contra Valentianum imperatorem rebellaverunt eoque Franci device- runt, et tributa Francis concessa sunt.*

In illo tempore Valentianus imperator imperium Romanorum regebat. Eo tempore gens Alanorum atrocissima rebellaverunt contra prædictum imperatorem. Ille itaque commoto exercitu magno Romanorum direxit aciem contra eos, superaviisque eos, et adtrivit atque debellavit. Illi autem cæsi super fluvio Danubio fugerunt, et intraverunt in Maeotidas paludes. Tunc ait imperator: Si quis potuerit introire in paludes istas, et inde ejicere potuerit gentem hanc rebellem Alanorum, concedam ei tributa annos decem. Tunc congregati Franci, qui fuerunt de

HISTORIA FRANCORUM,

Ex codice ms. ecclesie Cameracensis.

I. Principium regnum Francorum, eorumque originem, vel gentium illarum, ac gesta proferamus. Est autem in Asia oppidum Trojanorum, ubi est civitas quæ Ilium dicitur, ubi regnavit Æneas. Gens illa fortis et valida, viri bellatores, atque rebelles nimis, inquieta certamina objurgantes, per gyrum finitima debellantes. Surrexerunt autem reges Graecorum adversus Æneam cum multo exercitu, pugnaveruntque contra eum cæde magna: obruiturque illic multum populus Trojanorum. Fugit itaque Æneas, et reclusit se in civitate Ilium. Pugnaveruntque adversus hanc civitatem annis decem. Ipsa enim civitate subacta, fugit Æneas tyrannus in Italia, locare gentes ad pugnandum. Alii quoque ex principibus, Priamus videlicet et Antenor, cum reliquo exercitu Trojanorum, duodecim millia intrantes in navibus, abcesserunt, et venerunt usque ripas Ta-

D nais fluminis. Ingressi Maeotidas paludes, navigantes pervenerunt intra terminos Pannoniarum iuxta Maeotidas paludes, et cooperunt aedificare civitatem ob memoriale eorum, appellaveruntque eam Sicambriam. Habitaveruntque illic annis multis, creveruntque in gentem magnam.

II. Eo itidem tempore gens Alamannorum [Al., Alanorum] prava ac pessima rebellaverunt contra Valentianum imperatorem Romanorum ac gentium. Tunc ille exercitum movit hostem magnum de Roma, contra eos perrexit, pugnam iniit, superavitque eos, atque devicit. Illi itaque cæsi super Danubium flumen fugerunt, et intraverunt in Maeotidas paludes. Dixit autem imperator: Quicunque potuerit introire in paludes istas, et gentem istam pravam ejecerit, concedam eis tributa donaria annis decem. Tunc congregati Trojani fecerunt insidias, sicut erant

EDITIO FREHERI.

Troja ejecti, fecerunt insidias ex adverso, sicut erant edocti, per incognita latibula : et ingressi in Maeotidas paludes cum reliquo exercitu Romanorum, ejeicerunt inde Alanos, percusseruntque eos in ore gladii. Tunc appellavit eos Valentinianus imperator FRANCOS Attica lingua, quod in Latinum interpretatur sermonem, hoc est feros, a duritia vel ferocitate cordis.

CAP. III. — *Ubi imperator exactores misit, ut tributa solverent Franci.*

Igitur post transactos decem annos, misit imperator exactores, una cum primario duce de Romano senatu, ut reciperen prætermissa tributa de populo Francorum. Illi quoque, ut erant immanissimi, consilium perfidum atque inutile accipientes, dixerunt intra se : Imperator cum exercitu Romanorum non potuit ejicere Alanos de latibulo paludarum, gentem rebellem. Nos autem qui eosdem devicimus, cur solvimus tributa? Consurgamus autem contra primarium hunc, vel exactores istos, et irruamus super eos, et non demus Romanis tributa, ne forte si subjiciant nos, erimus nunquam liberi. Tunc insidiante interfecerunt eos.

CAP. IV. — *Quod idem imperator exercitum commovit adversus Francos : et de adventu eorum partibus Rheni fluminis, et de rege eorum primo.*

Hæc audiens imperator, in ira magna commotus, præcepit commovere exercitum in hostem Romanorum, aliarumque multarum gentium auxilia adjungens, una cum Aristarco principe militiæ, direxerunt aciem contra Francos. Fuitque ibi strages magna de utroque populo. Videntes autem Franci tantum exercitum sustinere non posse, cesi valde funderunt. Ceciditque ibi Priamus dux eorum. Illi quoque

CODEX CAMERACENSIS.

edocti ac cogniti : et ingressi in Maeotidas paludes cum alio populo Romanorum, ejeicerunt inde Alamannos, percusseruntque eos in ore gladii. Tunc appellavit eos Valentinianus imperator FRANCOS Attica lingua, hoc est feros, a duritia vel audacia cordis eorum.

III. Igitur post transactos decem annos, misit memoratus imperator exactores, una cum primario duce de Romano senatu, ut darent consueta tributa de populo Francorum. Illi quoque, sicut erant crudelis et immanissimi, consilio inutile accepto, dixerunt ad invicem : Imperator cum exercitu Romano non potuit ejicere Alamanno de latibulis paludarum, gentem fortem ac rebellem. Nos enim, qui eos superavimus, cur solvimus tributa? Consurgamus igitur contra primarium hunc, vel exactoribus istis, percussimusque eos, et auferamus cuncta, quæ secum habent, et non demus Romanis tributa, et erimus nos jugiter liberi. Insidiis vero preparatis, interfecerunt eos.

IV. Audiens hæc imperator, in furore et ira nimis succensus, præcepit hostem commovere Romanorum et aliarum gentium, cum Arestarco principem militiae, direxeruntque aciem contra Francos. Fuit autem ibi strages magna de utroque populo. Videntes enim Franci quod tantum exercitum sustinere non possint, interfecti ac cesi fugerunt. Ceciditque ibi Priamus eorum fortissimus. Illi quoque egressi a Sicambria, venerunt in extremitis partibus Rheni fluminis, in Germaniarum oppidis : illueque

Aegressi a Sicambria venerunt in extremis partibus Rheni fluminis in Germaniarum oppidis, illicie inhabitaverunt cum principibus eorum Marchomiro filio Priami, et Sunnone filio Antenoris, habitaveruntque ibi annis multis. Tunc defuncto Sunnone, et accepto consilio, in uno primatu eorum unum habere principem, petierunt consilium Marchomiro, ut regem unum haberent sicut et cæteræ gentes. At ille dedit eis consilium, et elegerunt Faranundum filium ipsius Marchomiri, et levaverunt cum super se regem crinitum. Tunc et legem habere cœperunt, quam consiliarii eorum priores gentiles his nominibus, Wisovast, Wisogast, Arogast, Salegast, in villabus Germaniæ, id sunt Boulcheim Salechein, et Widechein [Al.], id sunt Salegagme in Bothagam, et Wisogagme in Wilegam], tractaverunt.

CAP. V. — *De morte Pharamondi regis, et de Chlodione filio ejus, et de Chunorum incurso in Galalias.*

Mortuo quippe Faramundo. Chlodionem filium ejus crinitum in regnum patris ejus elevaverunt. Tunc temporis crinitos reges in initium sublimaverunt. Venientesque sagaciter in finibus Toringorum, iisque resederunt. Habitabat itaque Chlodio rex in Dispargo castello in finibus Toringorum, in regione Germaniæ. Propterea omnes regiones gentium que ultra Rhenum fluvium sunt, hoc nomine nuncupantur, Germaniæ, eo quod in Germania corpora sunt immanissima, generatioque sævissima, et dura, et populi semper indomiti ac ferocissimi. Quorum suis se centum pagos tradit scriptura. In illo tempore in his partibus citra Rhenum usque Ligere fluvio habitabant Romani, ultra Ligere autem Gothi dominabantur : Burgundiones quoque, qui Ariani erant, ha-

CODEX CAMERACENSIS.

inhabitaverunt cum eorum principibus, Marchomiro filium Priamo, et Sunnone filium Antenor. Habitaveruntque ibi multis annis. Sunnone autem defuncto, accepérunt consilium ut regem sibi unum constituerent, sicut cæteræ gentes. Marchomiris quoque dedit eis hoc consilium, et elegerunt Faramundum ipsius filium, et elevaverunt eum regem super se crinitum. Tunc habere leges cœperunt, quæ eorum priores gentiles tractaverunt, his nominibus, Vuisowstus, Vuisogastus, Arogastus, Salegastus. In villabusque ultra Rhenum sunt, Vibothagin, Salechagin, et Vilechagin.

D V. Mortuo quippe Faramundo rege, Chlodionem filium ejus crinitum in regnum patris sui elevaverunt. Id temporis crinitos reges habere cœperunt. Venientesque sagaciter in finibus Toringorum, ibique resedebant. Habitabat itaque Chlodio rex in Dispargo castello, in finibus Toringorum, regionem Germanie. In illo tempore in his partibus citra Rhenum usque Ligure fluvio habitabant Romani, ultra Ligure quoque Gothi dominabantur. Burgundiones itaque paganismus in Ariana doctrina prava tenebantur, inhabitantes iuxta Rodanum fluvium, quæ adiacet (sic) Lugdunum civitatem. Chlodio autem rex misit exploratores de Dispargo castello Toringorum usque ad urbem Camaracum. Ipse postea cum grande exercitu Rhenum transit, multo Romanorum populo occidit atque fugavit. Carbonaria silva ingressus, Tornacensem urbem obtulit : exinde usque Camaracum civitatem veniens, illuc recessit. Pauco tempore spatio Romanos duos ibi invenit.

EDITIO FREHERI.

bitabant juxta Rodanum fluvium, qui præterfluit Lugdunum civitatem. Chlodio autem rex misit exploratores de Dispargo castello Toringorum usque ad urbem Camaracum. Ipse postea cum grandi exercitu Rhenum transiens, multo populo Romanorum prostrato, hostes fugavit. Carbonariam silvam ingressus, Tornacensem urbem obtulit. Exinde usque Camaracum urbem properavit : ibique paucum tempore residens, Romanos, quos ibi invenit, interfecit. Et exinde usque Sumnam fluvium omnia occupavit. Chlodione rege defuncto, Meroveus in regnum sublimatus est, regnavitque Chlodio annos 20. A Meroveo itaque rege utili, qui in regno Francorum sublimatus est, celebre nomen reges Francorum Merovingi nuncupati sunt. Ipse Merovæus genuit filium nomine Chilericum, patrem Chlodovei sublimissimi regis.

Erat autem tunc Franci fanatici, adorantes idola et simulacula, et non Dominum cœli et terræ, qui creavit eos. Erat autem tunc in ista parte Galliarum ex Romanis Egidius, rex militiae Romanorum, ab imperatore missus (*Greg. Tur. lib. II, c. 10.*).

CAP. VI. — Ubi Chilericus rex ejectus est de regno.

Chilericus autem rex, filius, ut diximus, Merovei, cum esset nimis luxuriosus, et regnaret super Francos, cœpit filias eorum distrahere, et violenter deludere eas. Illi autem ob hoc nimis indignantes, voluerunt occidere eum et ejicere de regno. Ille autem cum hoc audiisset, Toringiam petiit, vocavitque amicum suum consiliarium nomine Wiomadum : petiitque cum eo consilium qualiter animos furentium Francorum possit mitigare, donantes inter se signum qualiter certo indicio cognoscere deberet,

CODEX CAMERACENSIS.

nt, interfecit. Exinde usque Sumnam fluvium occupavit. Chlodione rege defuncto, Merovechus generus ejus regnum ejus accepit. Regnavit Chlodio annis 20. Ab ipso Meroveeho rege utile Franci Merovingi sunt appellati. Eodem tempore Chuni Rheum transierunt, Mettis succederunt, Treveris disierrunt, Tuncrus pervadunt, usque Aurilianus pervenientes. Id temporis sanctus Anianus episcopus virtutibus preclarus, veniente ad eum Egecio patricio Romanorum, et Tursomodo rege Gothorum, auxiliante Domino, Chuni ad ipsam civitatem orante sancto Aniano, cum Attelane eorum rege devicti atque prostrati sunt.

VI. Ipse itaque Merovechus genuit filium nomine Chilericu, qui fuit pater Chlodovecho rege inclito atque fortissimo. Eran enim tunc Franci pagani atque fanatici, adorantes idola et simulacula : et non Deum cœli ac terræ, qui creavit eos. Erat quoque tunc in ista parte Galliarum ex Romanis Egidius rex ab imperatore missus. Chilericus itaque rex filius Merovecho, cum esset nimis luxuriosus, et regnaret super Francos, cœpit eorum filias deludere atque distrahere. Illi eniā grande furore hoc indignantes, voluerunt occidere eum, et ejicere de regno. Ille haec audiens, vocavit amicum suum, prudentem consiliarium, nomine Wiomadum ; petiit cum eo consilium, qualiter animos furentium Francorum possit mitigari. Tunc dederunt inter se signum, qualiter certa industria cognoscere deberet, si ad pa-

A si ad pacem quandoque reverti potuerit, quale signum invicem recognoscerent. Tunc diviserunt aureum unum inter se in signum. Unam partem Chilericus rex secum portavit, aliam vero partem Wiomadus retinuit, dicens : Quando istam aliam partem tibi transmisero, scias me Francos tecum habere placatos ; tunc securus revertere in pace. Abiit ergo Chilericus in Toringiam, apud regem Bisinum uxore inque ejus Basinam, et ibidem latuit.

CAP. VII. Quod Franci super se statuunt Egidium Romanum, atque dejiciunt, et Chilericum recipiunt.

Franci vero, relicto Chilericu, Egidium principem Romanorum elevaverunt super se regem : tenentes consilium non bonum, nimisque inutile atque absurdum. Qui cum octo annos super eos re-

B gnaret, sinit se Wiomadus ejus consiliarius in amicitia familiare fœdus inire, et hortabatur Egidio aliquos Francos dolose opprimere. Ille audiens consilium ejus, callide opprimere nitebatur eos. Illi hoc fornidentes, nimio furore attriti, consilium expetierunt a Wiomado, quid agere deberent. At ille dixit eis : Non reminiscimini, nec recordatis, qualiter ejecerunt Romani opprimentes gentem vestram de terra eorum ? Ejecistis et vos regem vestrum utilem atque strenuum, et elevastis super vos militem hunc imperatoris Romanorum, crudelem, elatum atque superbum. Sine consilio hoc fecistis, non bene, sed male hoc egistis. Illi dixerunt : Quia sine lege abutebatur filias nostras. Pœnit nos hoc fecisse contra regem nostrum. Utinam meruissemus invenire eum,

C et cum pace regnaret super nos ! Tunc amicus ille regis misit partem solidi, quem prius inter se diviserunt, dicens : Revertete ad regnum Francorum, quia pacificata sunt omnia. Ille vero cognoscens

CODEX CAMERACENSIS.

cem quandoquidem reverti poteretur, quo signum inter se recognoscerent. Tunc diviserunt aureum unum ad invicem in signum, unam medietatem Chilericus rex secum portavit, aliam partem Wiomadus retinuit, dicens : Quando istam aliam partem tibi transmisero, scias me Francos tecum habere placatos, et securus revertere in pace. Abiit ergo Chilericus rex in Toringiam, apud regem Bisinum nomine uxore inque ejus latuit.

VII. Franci vero relicto Chilericu, Egidium principem Romanorum in regnum super se statuerunt, malum consilium tractantes. Qui cum octo annos super eos regnaret, sinit se Wiomadus amicitiam cum eo sociare, dum ab eo quid cogitaret cognoscet, hortabatur Egidio aliquos Francos dolose opprimere. Ille audiens consilium ejus, acris cœpit oppremere eos. Illi vero in timore ac seditione conversi, iterum consilium a Wiomado expetierunt, qualiter facere deberent, et ille dixit eis : Quare non recordatis, quomodo ejecerunt Romani opprimentes gentem vestram ? De eorum terra ejecerunt eos. Vos vero ejecistis regem vestrum, utilem et sapientem, et elevastis super vos militem istum imperatoris superbum atque elatum. Non bonum consilium fecistis, sed nimium malum. Et illi responderunt : Calidus enim erat nobis, pœnit nos haec fecisse contra regem nostrum. Utinam meruissemus invenire eum, et cum pace regnaret super nos ! Tunc amicus ille regis misit partem solidi, quæ prius in-

EDITIO FREHERI.

hoc signum, medium aureum, intellexit certo indicio quod a Francis desideraretur. Ipsaque rogantibus, reversus est in regnum suum. Nam dum fuit in Toringia, cum Basina regina uxore Bisini [Al., Basini] regis ipse Childericus rex commissus fuit. Reversusque ad Francos, in regno suo, restitutus est. Egidium autem Romanorum principem ejeerunt de regno eorum. Basina quoque illa regina Bisini regis Toringorum, relicto viro suo, ad Childericum venit. Cumque interrogata fuisse ab eo, quid quereret, aut pro qua causa ad eum de tam longinqua regione venisset, respondisse fertur: Novi utilitatem tuam et pulchritudinem, quod sis utilis atque strenuus, ideo veni ut habitem tecum. Nam si in extremis finibus maris utiliorem te cognovissem, ipsum expetiissem, atque cum eo cohabitassem. At ille gaudens, eam sibi ad conjugium copulavit. Post hæc igitur concipiens ex eo, peperit filium vocavitque nomen ejus Chlodoveum. Hic fuit rex magnus super omnes reges Francorum, pugnator bellissimus atque egregius.

CAP. VIII. — *Ubi capta est Agrippina civitas, et de morte Egidii: et de Adouagrio duce Saxonorum.*

In illis diebus ceperunt Franci Agrippinam civitatem super Rhenum, vocaveruntque eam Coloniam; multumque populum Romanorum a parte Egidii occiderunt ibi. Egidius vero exinde per fugam lapsus, evasit. Venerunt autem Treveris civitatem super flumen Mosellam, vastantes terras illas, ipsamque urbem succidentes ceperunt. Nam antea Chunis fuerat disrupta atque afflita. Eo tempore mortuus est Egidius dux Romanorum, tyrannus: et Syagrius filius ejus in regnum ejus resedit, habitavitque in

A Suessionis civitate, ubi et sedem regni tenebat. Tunc Childericus rex commoto magno exercitu hostium usque Aurelianis civitatem perrexit, terras quoque illas vastavit. Adouagrius [Odouacrius] Saxonorum dux cum navale hoste Andegavis civitatem venit: magna tunc caede populum vastavit. Adouagrius itaque de Andegavis vel de aliis civitatibus obides accepit. Redeunte quoque Adouagrio de Andegavis, Childericus rex cum Francorum exercitu ibidem advenit, interfecto Paulo comite, qui in ipsa civitate præcerat, ipsamque urbem cepit, et domum [ecclesiam] quæ in ea civitate erat, igne combussit.

CAP. IX. — *De morte Childerici, et bellum Chlodovei contra Syagrium.*

(Greg. lib. II, c. 27.) Eo tempore mortuus est Childericus rex Francorum, regnavitque annos 24. Chlodoveus vero filius ejus regnum Francorum sagaciter suscepit. Anno autem quinto Chlodoveo regnante, Syagrius filius Egidii rex Romanorum Suessionis civitatem, quam pater ejus tenuerat, residebat. Super quem Chlodoveus cum Ranacario [Al., Ragochario] parente suo cum hoste advenit. Convenientesque ad bellum, hisque inter se fortiter compugnantibus, Syagrius læsum cernens exercitum suum, per fugam lapsus ad Alaricum regem Gothorum fugi ad Tolosam. Chlodoveus enim missos suos ad Alaricum transmisit, ut redderet Syagrium: si autem reddere non vellet, pararetur ad præium. Ille vero timens Francorum iram, reddidit Syagrium missis Chlodovei. Qui cum presentatus Chlodoveo fuisse, jussit eum occidere: totumque regnum ejus et thesaurus in suo dominio recepit.

CODEX CAMERACENSIS.

ter se divisorant, dicens: Reverttere ad regnum Francorum, quia pacificata sunt omnia. Ille vero cognoscens hoc signum diuinum aureum, intellexit certa indicia quod a Francis desideraretur. Ipsaque rogantibus, reversus est in regnum suum. Nam dum in Toringia fuit, cum Basina regina uxorem Bisini regis ipse Childericus rex adulterium commisit. A regno Francorum receptus, Egidium Romanum principem de super se expulerunt a regno. Basina quoque illa regina Bisini regis Toringorum, relicto viro suo, ad Childericum venit. Cumque inquisitus interrogasset quid quereret, aut pro qua causa ad eum de tam longinqua regione venisset, respondisse fertur: Novi utilitatem et pulchritudinem tuam, quod sis utilis et sapiens; ideo veni ut habitem tecum. Nam si in extremis finibus maris utiliorem te cognovissem, ipsum expetiissem, atque eum copulasssem. Illeque gaudens, eam ad conjugium suum copulavit. Illa vero concipiens ex eo, peperit filium, vocavitque nomen ejus Chlodoveum. Hic fuit rex magnus super omnes reges Francorum, et pugnator fortissimus.

VIII. In diebus illis ceperunt Franci Agrippinam civitatem super Rhenum, vocaveruntque eam Coloniam, quasi coloni inhabitarent in eam. Multo populo Romanorum a parte Egidii illic interfecerunt. Ipse Egidius fugiens evasit. Venerunt itaque Treviris civitate super Mosellam flumen, vastantes terras illas, et ipsam succidentes ceperunt. Post hæc igitur mortuus est Egidius Romanorum rex. Syagrius

eam filius ejus in regnum ejus resedit, constituit sedem regni sui in Suessionis civitate. Tunc Childericus rex commovit maximo exercitu hostium Francorum, usque Aurelianis civitate pervenit, terras quoque illas vastavit. Adouacrius Saxonorum dux cum navale hoste per mare usque Andegavis civitatem venit, illaque terra succedit, magna tunc caede in illa fecit. Redeunte igitur Adouacrio de Andegavis, Childericus rex Francorum exercitu commoto illic advenit: Paulo comite, qui tunc ibi erat, occidit, ipsamque urbem cepit. Domum, quæ in ea civitate erat, igne succendit indeque reversus est.

D IX. Post hæc mortuus est Childericus rex, regnavitque annis 24. Chlodovechus filius ejus regnum Francorum viriliter recepit. Anno autem quinto Chlodovecho regnante, Syagrius filius Egidii Suessionis civitatem, quam pater ejus tenuerat, resedebat. Super quem Chlodovechus cum Ragnachario parente suo cum hoste advenit. Convenientesque ad bellum, illis inter se fortiter compugnantibus, Syagrius læsum cernens exercitum suum, per fugam lapsus ad Alaricum regem Gothorum aufugi ad urbem Tolosam. Chlodovechus enim missos suos ad Alaricum dirigens, ut redderet Syagrium; si autem reddere non vellet, pararetur ad præium. Ille vero timens Francorum iram, tradidit Syagrium missos Chlodovecho. Qui cum ei presentatus fuisse, jussit cum occidere, totumque regnum ejus ac thesaurus Chlodovechus recepit.

EDITIO FREHERI.

CAP. X. — *De petitione episcopi ad regem Chlodoveum, ut urceum redderet, et quia devicti Toringii sub tributo serierunt.*

Eo tempore multæ ecclesiæ a Chlodovei exercitu depredatae sunt. Erat enim tunc fanaticus et paganus. De quadam autem ecclesia urceum [Al., urceolum] miræ magnitudinis pulchrum hostis ejus tulerat, cum ministerio ecclesiæ et ornamenta multa. Episcopus autem ecclesiæ ipsius missos suos ad regem direxit, deprecans ut si aliud de sacris vasis ecclesiæ recipere non mereretur, vel illum urceum reddere juberet. Hæc audiens rex, ait ad missos ecclesiasticos : Sequimini nos usque Sessionis [Suessonis] civitatem, quia ibi cuncta quæ acquisita sunt, dividenda erunt. Cumque mihi urceus ille in partem obvenerit, quod episcopus postulat adimplebitur. Veniens autem rex Sessionis civitatem, cuncta præda quæ acquisita sunt, rogat afferre in medium, dicens : Rogo vos, o fortissimi pugnatores, ut mihil dare istum urceum non negetis. Hæc rege dicente, illi Franci qui bono animo fuerunt, dicunt illi : Omnia, gloriose rex, quæ cernis, tua sunt, et nos tuo dominio sumus subjugati. Quod tibi bonum videtur, hoc fac. Nullus enim tuae potestati resistere audet. Cum hæc illi benigniter dixissent, unus Francus levis cum vociferatione elevata bipenne, quod est francisca, percussit urceum illum dicens : Tu nihil hinc accipias, rex, nisi quod tibi sors vera dederit. Obstupefactis omnibus, rex injuriam suam patienter ferens, acceptumque urceum nuntio ecclesiastico reddidit, servans iram suam in corde suo absconsam. Transacto anno, Chlodoveus rex omnem exercitum suum jussit cum armorum apparatu advenire, ostensurum in campo Martio, omnium armorum nitorem horum videre. Verum ubi rex cunctum exercitum circuivit, venit ad hominem illum qui urceum ante percusserat, et ait ad illum : Nullus tam in-

CODEX CAMERACENSIS.

X. *Eo tempore multæ ecclesiæ a Chlodovecho exercitu depredatae sunt. Eratque ipse tunc fanaticus et paganus. De quadam autem ecclesia urceum miræ magnitudinis pulchrum hostes ejus tulerunt, cum alio ministerio ecclesiæ, et ornamenta multa. Episcopus autem Ecclesiæ ipsius missos suos ad regem direxit, deprecans ut si aliis vasis ecclesiæ recipere non mereretur, vel illo urceo reddere juberet. Hæc audiens rex, ait ad missos ecclesiasticos : Sequimini nos usque Sessionis civitate, quia ibi cuncta quæ acquisita sunt dividenda erunt. Cumque mihi urceus ille in parte venerit, quæ episcopus postulat adimpleam. Veniens autem rex Suessionis civitate, cuncta præda quæ acquisita erat rogat afferre in medium, dicens : Rogo vos, o fortissimi ac nobilissimi pugnatores, ut mihil dare istum urceum non negatis. Hæc rege dicente, illi Franci, qui bono animo fuerunt, aiunt : Omnia, gloriose rex, quæ cernis, tua sunt, et nos tuo dominio sumus subjugati. Quod tibi bonum videtur, hoc fac. Nullus enim tuae potestati resistere ausus est. Cum hæc illi benigniter dixissent, unus Francus levis cum vociferatione elevata bipenni, quod est francisca, percussit urceo illo, dicens : Tu nihil hinc accipias, rex, nisi quod tibi sors vera dederit. Obstupefactis omnibus, rex inju-*

A cultam et sordidam armam habet quam tu. Quia neque clypeus, neque lancea, neque bipennis est utilis. Accepit autem rex franciscam ejus, quod est bipennis, et projecit in terram. At ille cum inclinasset se attollere eam, statim elevatis manibus suis rex franciscam suam in capite ejus desfixit, et ait : Sic tu Sessionis civitate superiore anno in urceo illo fecisti. Mortuoque illo, alio exercitum rex de ipso campo jussit recedere in pace ad propria sua. Grandis pavor et timor pro hac causa in Francorum populo deinceps consurrexit. Chlodoveus exinde decimo anno regni sui commoto exercitu magno valde in Toringiam at iit : ipsosque Toringos plaga magna prostravit. Devictoque ipso populo, totaque eorum terra vastata, ipsos Toringos tributarios Francorum fecit.

CAP. XI. — *Quod Aurelianus legatus Chlodovei restitus cultu peregrino ad opus domini sui sponsavit Chrothilde.*

(*Greg. lib. II, c. 28.*) In illo tempore Gundeveus rex Burgundionum, qui ex genere Athanarici regis fuisse perhibetur, regnavit. Huic fuerunt quatuor filii, Gundobadus, Godeghiselus, Chilpericus et Godomarus. Gundobadus igitur Chilpericum fratrem suum interfecit gladio, uxoremque ejus ligato saxo ad collum in aqua necare [Al., negare, noyer] precepit. Filias ejus duas, quarum una senior vocabatur Chrona, quam mutata ueste exsilio condemnavit, juniores vero nomine Chrothilde [Al., Chrothilde et Chrochilde] domo retinuit. Chlodoveus itaque dum frequenter legationem in Burgundiam mitteret, Chrothildis puella invenitur a legatiis. Qui cum eam vidissent pulchram, elegantem atque sapientem, Chlodoveo nuntiaverunt hæc. Et ille hæc audiens, iterum legationem ad Gundobadum misit, Aurelianum legatarium suum, Chrothildem neptam suam ab illo petens. Erat autem Chrothildis Chri-

riam suam in patientiam mittens, acceptumque urceum nuntio ecclesiastico reddidit, servans iram in corde absconsam. Transacto anno, Chlodovechus rex omnem exercitum suum apud armorum apparatus jussit venire, ostensurum in campo Martio horum armorum nitorem visurum erunt. Ubi rex cunctum exercitum circumivit, venit ad hominem illum, qui antea ursum percusserat, et ait ad eum : Nullus tam inculta et sordida arma habet quam tu, quia neque clypeus, neque lancea, neque bipennis est tibi utilis. Accepit autem rex franciscam ejus, quod est bipennis, et projecit in terram. Et ille cum se inclinasset colligere eam, rex statim elevatis manibus suis franciscam suam in capite ejus desfixit, et ait : Sic tu Suessionis civitate superiori anno in urceo illo fecisti. Illoque mortuo, alio exercitum rex de ipso campo jussit decedere in pace ad eorum propria. Grandis pavor et tremor pro hac causa in Francorum populo deinceps consurrexit. Chlodovechus quo exinde decimo anno regni sui commoto Francorum grande hoste in Toringiam abiit, Toringosque plaga magna prostravit : devictoque populo eorum, tota illa terra vastata, sub tributo servire fecit. (*Capp. 11, 12 et 13 a vulgaris Gestis non differunt*)

stiana. Quadam die Dominica cum ad missarum solemniam Chrothildis venisset, Aurelianus missus Chlodovei accepit vestes pauperculas : bonas vero vestes, quas secum detulerat [Ali., vestitas habuerat], reliquit sodalibus suis in silvis, et ante ecclesiam matricolam in medio pauperum consedit. Transacta missarum solemnia, Chrothildis juxta consuetudinem solitam coepit eleemosynam erogare in pauperibus. Cumque ad Aurelianum pauperem se simulante venisset, aureum unum in manu ejus immisit. Ipse vero osculans manum pueræ, ipsius pallium caute retraxit. Post haec illa ingressa in cubiculum suum, misit ancillam suam vocare peregrinum illum. At ille annulum a Chlodoveo rege manu tenens, necnon et reliqua ornamenta sponsalia recondita tenebat in sacculum suum. Quem post discedens, in loco retro ostium cameræ secreto reliquit. Cui ait Chrothildis : Dic mihi, homo juvenis, cur te pauperem simulas, vel pro qua causa retraxisti pallium meum? Et ille dixit : Loquatur, obsecro, servus tuus secreto tecum. Cui illa ait, Loquere. Orsus ille dixit : Dominus meus Chlodoveus rex Francorum misit me ad te ; vult te sibi associare in reginam. Ecce annulus ejus, et reliqua ornamenta sponsalia. Respxeritque retro ostium cameræ, non invenit sacculum suum, et perterrefactus ob id, timere coepit. Illa vero sollicita, undique requisivit, dicens : Quis tulit pauperis istius sacculum? Statimque est prolatus. Quo aperito, recepit illa abscondita ornamenta sponsalia. Acceptoque annulo, quem Chlodoveus rex miserat per Aurelianum reposuit illum in thesauro avunculi sui. Chlodoveoque salutem reprecans, dicere illi jubet : Non licet Christianæ pagano nubere. Vide ut hanc causam nemo resciat. Sed sicut Dominus Deus meus, quem ego coram omnibus confiteor, vult, sic fiat. Tu vero vade in pace. At ille reversus, nuntiavit haec domino suo.

CAP. XII. — *Ubi Chlodoveus rex misit ad Gundobadum pro sposa sua Chrodchilde.*

Anno insecuto misit Chlodoveus Aurelianum legatarium suum ad Gundobadum pro sposa sua Chrothilde. Audiens haec Gundobadus, territus in corde suo, ait : Ut sciant omnes fortissimi consiliarii et amici mei Burgundiones qualem occasionem querit rex Chlodoveus adversum nos, quia nunquam novit neptam meam. Et ait ad Aurelianum : Tu explorare venisti domos nostras occasione querendi [petendi]. Renuntia domino tuo quia frustra mendacium locutus est, sponsam habere neptam meam. Et Aurelianus constanter loquitur ei, dicens : Mandat tibi dominus meus Chlodoveus rex : Si vis dare ei sponsam suam, ut locum ei prepares denominatum, ubi vis, quando Chrotildem sponsam suam recipiat. Sin autem non vis, ille cum exercitu Francorum in occursum tuum venire disponet. Et ille ait : Ubiunque vult, veniat : et ego contra eum ire dispono cum hoste plurimo Burgundionum, ut decedat ruina ejus ad intercessionem, quam perpetratus est coram multis gentibus, et vindicetur sanguis multorum, qui effusus est in

A manibus vestris. Audientes haec Burgundiones qui erant consiliarii ejus, metuentes valde iram Francorum et Chlodovei, consilium dederunt Gundobado [Ali., Gunbado], dicentes : Inquirat rex a ministris et cubiculariis suis publicis, si non fuerint aliquando deferta [Ali., deportata et allata] inuera per ingenium a legatariis Chlodovei regis : ut non inueniatur occasio super populum tuum et regnum tuum, ut vixit valeas superare eum, eo quod nimis furibunda est Chlodovei nequitia. Burgundiones, sicut est solidum, hoc consilium dederunt regi suo. Requiesque invenerunt in thesauro regis annulum, Chlodovei inscriptione vel imagine inscriptum [Ali., signatum et insculptum]. Tunc contristatus valde Gundobadus rex, jussit pueram de hac causa inquirere. Et illa ait : Scio, domine mi rex, ante hos annos tibi pro munere aurea munuscula a missis Chlodovei deferta [allata], et mibi ancillæ vestre annulum in manu positum parvulum. Ego vero in thesauris vestris ipsum recondi. Et ille dixit : Simpliciter et sine consilio hoc actum fuit. Acceptamque eam cum ira Aureliano missso Chlodovei tradidit. Ille autem cum sociis suis accepit Chrothildam cum magno gaudio et letitia, adduxeruntque eam Chlodoveo, Suessionis civitate in Francia. Gavisus est autem Chlodoveus rex, eamque in matrimonium sibi copulavit. Cum esset sero die illa, quando insimil nuptiali more accumbere deberent, illa prudenter suæ more conversa et confusa in Dominum, ait : Deinceps, domine mi rex, audi ancillam tuam loquentem, et concedere digneris quod deprecor, antequam famula tua vestræ dominationi coeam. Et rex ait : Postula quod vis, et ego tibi concedam. Et illa postulavit dicens : Primum peto ut Deum cori Patrem omnipotentem credas, qui te creavit. Secundum, confitere Dominum Jesum Christum Filium ejus, qui te redemit, Regem omnium regum, a Patre de celis missum. Tertium, Spiritum sanctum, confirmatorem et illuminatorem omnium justorum. Totam ineffabilem majestatem, omnipotentiamque coæternam agnosce, et agnitarum crede, et idola vanaverelinque, qui non sunt dii, sed sculpilia vanæ, incendeque ea : et ecclesiæ sanctas quas succendisti, restaura. Memento, quæso, insuper ut requirere debeas portionem genitoris mei et genitricis meæ, quos avunculus meus Gundobadus malo ordine interfecit. Sic sanguinem eorum Dominus vindicet. Et Chlodoveus ait : Unum restat difficile quod petis, ut deos meos derelinquam, et Deum tuum colam. Aliud vero quod petis, ut potero, faciam. Illa vero deus institut, supplexque iterum postulavit : Hoc maximum obsecro, ut Dominum Deum omnipotentem, qui est in celis, adores.

CAP. XIII. — *Quod iterum Chlodoveus misit ad Gundobadum pro thesauro Chrodchilde.*

Chlodoveus iterum in Burgundiam Aurelianum ad Gundobadum dirigit, pro thesauro Chrothilde reginæ sume. Gundobadus vero in ira commotus ait : Numquid in manus Chlodoveo tradetur regnum meum,

EDITIO FREIERI.

aut thesauri mei? Nonne obtestatus fui tibi, Auri-
liane, ut non venires amplius in regno meo explorare
substaniam ueam? Per salutem principum obtestor,
et cum juramento spondeo, revertere cito, et recede
a me: sin autem, ego interficiam te. Cui Aurelianus
respondit, dicens: Vivit dominus meus Chlodoveus
rex, et primatus magnaue morum Francorum in regno
eius [et Franci qui cum eo sunt, quia], quia non
timeo minas tuas, quandiu dominus meus alevivit.
Et sic mandat filius tuus proprius [Al., propinquus],
dominus meus Chlodoveus rex, ubi pro thesauro
uxoris suae dominæ meæ cum exercitu suo tibi occur-
ret. Igitur Burgundiones, sicut est consuetudo, dato
consilio Gundobado regi suo dixerunt: Da neptæ tuæ
aliquid de facultate thesauri sui qui ei contingit, quia
sic esse justum decernitur. Habeasque foedus et pa-
cem cum Chlodoveo et gente Francorum; ne forte
irruant in terram nostram, quia populus ferocissi-
mus est [validus et ferus est], sine Deo existens.
Audiensque eorum consilium Gundobadus, dedit per
manus Auriliano ad partem Chlodoveo maximam par-
tem ex thesauro suo, et supellectilem pretiosissimam
neptæ suæ Chrothildæ reginæ transmisit. Aurum
quoque multum et argentum, fabricaturasque specio-
sissimas, tradens legato, ait: Quid restat aliud, nisi
ut omne regnum meum cum Chlodoveo dividam? Et
dixit ad Aurilianum: Reverte ad dominum tuum,
quia habes quod ei deferas, munera multa quæ non
laborasti. Et ait Aurilianus: Filius tuus est domi-
nus meus Chlodoveus rex: omnia vestra communia
erunt. Et dixerunt sapientes Burgundionum: Vivat
rex qui tales habet leodos [Al., leudos]. Reversusque
est Aurilianus cum thesauris multis ad dominum
suum in Franciam. Chlodoveus vero rex habebat
tunc filium de concubina, nomine Theudericum.

CAP. XIV. — *De prædicatione Chrodchildis ad Chlo-
doreum, ut Regem regum crederet.*

In illis diebus dilatavit Chlodoveus amplificans re-
gnum suum usque Sequanam. Sequenti tempore
usque Ligere fluvio occupavit. Accepitque Aurilianus
castrum Molidunensem, quem in ducatum accepit.
Concepit vero et Chrothildis, peperitque filium, quem

CODEX CAMERACENSIS.

XIV. Eo tempore dilatavit Chlodovechus, ampli-
ficans regnum suum usque Sequanam. Sequenti tem-
pore usque Ligure fluvio occupavit. Accepitque Au-
rilianus castrum Malidunensem, omnemque ducatum
regionis istius. Tunc concepit Chrodchildis ex Chlod-
oveo, et peperit filium, quem cum baptismo consecrare
vellet. Non enim credebat rex Dominum Deum. Regina
enim quotidie prædicabat eum, et ille nolebat audire
eam. Interea regina parat ad baptismum filium, ornat
ecclesiam velis atque cortinis: quomodo cor regis ad
credendum compungent. Baptizatus est autem puer,
quem in albis Ingomirem vocavit: qui in ipsis albas
agrotans obiit. Pro quo rex nimis contristatus, repu-
tabat increpando, dicens: Quia si in nomine deorum
meorum puer dedicatus fuisset, vixisset utique. Quia
in nomine Dei vestri baptizatus est, vivere non po-
tuit. Regina vero dicebat: Deo gratias ago, quia me
non duxit indignum, ut de utero meo primogenitum
in regno suo recipere dignatus est. Ego autem nullo
dolorе in corde meo pro hac causa retineo. Post hæc

A baptismo consecrare voluit. Tunc non credebat
Chlodoveus Dominum Deum cœli. Regina enim quo-
tidie prædicabat eum. At ille nolebat audire eam.
Interea regina parat ad baptismum filium, ornat
ecclesiam velis atque cortinis: si quomodo cor regis
ad credendum compungere posset [Regina vero,
ideum tentans, omnia quæ ad baptismum necessaria
videbantur adornat, filiumque velatum atque fascia-
tum latenter baptizandum offert, quo eo melius regis
animus ad credendum compungeretur]. Baptizatus
est autem puer, quem in albis Ingomirum vocavit,
qui in ipsis albis transiit. Rex autem de morte ejus
nimis contristatus, reputabat increpando dicens:
Quia si in nomine deorum meorum dedicatus fuisset
puer, vixisset utique. Quia in nomine Dei vestri ba-
ptizatus est, vivere non potuit. Regina vero dicebat:
Deo gratias ago quia me non duxit indignum ut de
utero meo primogenitum in regno suo recipere di-
gnaretur. Ego autem nullum dolorem in corde meo
pro hac causa retineo. Postea vero genuit alium filium,
quem baptizatum Chlodomirum vocavit. Et hic cum
ægrotare coepisset, dixit rex: Non potest aliud nisi ut
de isto sic sit quomodo fuit et de fratre ejus, u'
baptizatus in nomine Dei vestri cito moriatur. Sed hic
orante regina, et Domini misericordia præcurrente,
recepit sanitatem. Regina quoque non cessabat præ-
dicare regem ut Deum verum coleret, et idola quæ
colebat yana derelinqueret. Sed nullo modo animum
ejus ad credendum commovere potuit, donec tandem
aliando Lellum contra Alamannos Suevosque mo-
veret, in quo compulsus est confiteri quem antea ne-
gaverat.

CAP. XV. — *Bellum contra Alamannos, ubi Chlodoreus
necessitate compulsus verum Deum invocat in adju-
torio, et a sancto Remedio baptizatur.*

Factum est autem, bellantibus inter se Francorum
exercitu cum Alamannis, ut Chlodoveci exercitus ni-
mis corrueret. Aurilianus intuens regem, ait: Do-
mine mi rex, crede tantummodo Dominum cœli,
quem domina mea Chrothildis regina prædicat. Ille
vero elevatis ad cœlum oculis, commotus lacrymis
ait: Jesu Christe, quem Chrothildis regina mea præ-

D vero genuit alium filium, quem baptizatum Chlod-
omirum vocavit. Et hic cum ægrotare coepisset, dixit
rex: Non potest aliud, nisi et de isto sic sit quomodo
fuit de fratre ejus, ut baptizatus in nomine Christi
vestri cito moriatur. Sed orante regina, et Domini
misericordia præcurrente, recepit sanitatem. Regina
vero non cessabat prædicare regem ut Deum verum
coleret, et idola vanæ quæ colebat relinquere. Sed
nullo modo animum ejus ad credendum commovere
poterat, donec tandem aliquando bellum contra Ala-
mannos Suevosque moveretur: in quo compulsus
est confiteri quem ante negaverat.

XV. Factum est autem, pugnantibus inter se Fran-
corum et Alamannorum exercitu, ut populus Chlo-
dovechi nimis caderet. Aurilianus haec videns, ait ad
regem: Domine mi rex, crede tantummodo Deum
cœli quem regina tua prædicat. Ille vero elevatis
ad cœlum oculis, commotus lacrymis dixit: Jesu
Christe, quem Chrodchildis uxor mea prædicat esse
Filium Dei vivi, qui subvenis in tribulatione, qui

EDITIO FRENIERI.

dicat esse Filium Dei vivi, qui subvenis in tribulatione, qui das auxilium in te sperantibus, tuum adjutorium devotus postulo, ut si mihi victoriam super hos hostes doderis, et expertus fuero illam virtutem quam de te populi prædicant, credam tibi, et in nomine tuo baptizer. Invocavi enim deos meos; et, ut exerior, elongati sunt ab auxilio meo. Unde credo eos nulla potestate esse præditos, qui sibi credentibus implorati non succurrunt. Te verum Deum ac Dominum invoco, tibique credere desidero, tantum ut liberes me ab adversariis meis. Cumque hæc orans clamaret, Alamanni in fugam lapsi terga verterunt. Cumque regem suum vidissent interfectum, Chlodovei potestati se subdunt, dicentes: Parce precamur, domine rex, ne pereant plures de populo, quia jam tui sumus. Tunc jussit rex imminentem plagam cessare: Alamanno cepit, ipsos terramque eorum sub jugo tributarios constituit. Factaque victoria, reversus est in Franciam ad reginam suam, narravitque ei qualiter per invocationem nominis Jesu Christi victoriam meruit obtinere. Acta sunt hæc anno xv Chlodoveo regnante. Tunc regina clam vocavit sanctum Remedium [Remigium], urbis Rhemensis antistitem, deprecans eum ut regi viam salutis prædicando ostenderet. Regem vero ad baptismum beatus episcopus vocans, ab illo veniam loquendi deprecabatur. Cui rex ait: Libenter te audiam, beatissime Pater. Sed unum restat, quia populus qui me sequitur non vult relinquere deos suos, sed vadam adhortari eos juxta verbum tuum. Conveniens autem rex ad populum, cœpit cohortari eos. Acclamaverunt autem præcurrente misericordia Dei et potentia ipsius, omnis populus Francorum, fortiter dicentes:

CODEX CAMERENSIS.

Das auxilium in te sperantibus, tuum adjutorium devotus postulo, ut si mihi victoriam super hos hostes dederis, et expertus fuero illam virtutem, quam de te populi prædicant, credam tibi, et in nomine tuo baptizer. Invocavi enim deos meos, et video, elongati sunt ab auxilio meo. Unde credo eos nullam habere potestatem, qui sibi credentibus non succurrunt. Te verum Deum ac Dominum invoco, tibique credere desidero, tantum ut liberer ab adversariis meis. Cumque hæc orans clamaret, Alamanni in fugam lapsi terga verterunt. Cumque regem suum vidissent mortuum, Chlodovecho se subdunt, dicentes: Parce, precamur, domine rex, ne pereat plus populus, jam tui sumus. Tunc jussit rex imminentem jam plaga cessare, Alamannoque cepit ipsos, vel terram eorum sub jugo tributario constituit. Factaque victoria, reversus est in Francia ad reginam suam. Narravitque ei qualiter per invocationem nominis Jesu Christi victoriam meruit obtinere. Acta sunt hæc anno 45 Chlodovecho regnante. Tunc regina absconde vocavit sanctum Remidium urbis Rhemensis episcopum, deprecans eum ut regi viam salutis ostenderet. Quem sacerdos ab baptismum venire prædicabat. Et ille ait: Libenter te audiam, beatissime Pater: sed unum restat, quia populus qui me sequitur, non vult relinquere deos suos. Sed vadam adhortari eos juxta verbum tuum. Conveniens autem rex cum populo, cœpit eos cohortare. Acclamaverunt autem, præcurrente misericordia Dei et potentia ipsius, omnis populus Francorum, una voce dicentes: Mortales deos relinquimus, gloriose rex, et

A Mortales deos derelinquimus nunc, gloriose rex, et Deum verum immortalem, quem Remedium prædicat, colere eisque credere parati sumus. Nuntiaverunt autem hæc sancto Remedio. Ille quoque gaudio magno repletus, jussit baptismi lavacrum parare. Velis divinis historiis depictis adumbrantur plateæ, fabricantur ecclesiæ, componitur baptisterium, balsamum et cetera odoramenta redolent. Talem enim gratiam Dominus subministravit in populo, ut æstimarent se paradisi odoribus repletos fuisse. Rex ergo prior petiit sanctum Remedium, ut se baptizaret. Venit novus Constantinus ad baptismum, abnegatis diaboli pompisque ejus (*Greg., lib. ii, c. 31.*) Cui ingresso ad baptismum, sanctus Dei regi sic ait ore secundo: Mitis depone colla, Sicamber: adora quod incendisti, incende quod adorasti. Erat autem sanctus Remedium vir sapiens atque sanctissimus, egregius rhetoricus, præclarus in virtutibus, cæcis visum restitutus, mortuis vitam reparans, dæmonia ejiciens. Igitur rex omnipotentem Deum in Trinitate confessus, baptizatus est in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti: delibutusque sacro chrismate cum signo sancte crucis Domini nostri Jesu Christi. Baptizantur de exercitu ejus amplius quam tria millia virorum. Baptizantur sorores ejus, his nominibus, Albofledis et Landebildis, ipsa die. Baptizaturque postea cunctus populus Francorum cum gloria.

CAP. XVI. — Ubi Burgundiones a Chlodoveo dericti ejus dominio se subdunt: et de hominum devotione a bestiis dicitur.

(*Greg., lib. ii, c. 32.*) Post hæc autem Chlodovens contra Gundobadum [Gundebaldum] et Godeghisicum fratrem ejus, commoto exercitu Francorum grandi,

CODEX CAMERENSIS.

Deum verum immortalem, quem Remedium prædicat, credere parati sumus. Nuntiantur hæc sancto Remedio. Ille quoque gaudio magno repletus, jussit baptismi lavacrum parare. Velis divinis historiis depictis adumbrantur plateæ, fabricantur ecclesiæ, componitur baptisterium, balsamum redolent cerea odorata. Talem gratiam Dominus subministravit in populo, ut æstimarent se paradisi odoribus collocare. Rex ergo prior petiit a sancto Remedio baptizari. Venit novus Constantinus ad baptismum, abnegatis diaboli pompis. Quo ingresso ad baptismum, sanctus Dei sic ait ore secundo: Mitis depone colla, Sicamber. Adora quod incendisti, incende quod adorasti. Erat autem sanctus Remedium vir sapientissimus, rhetoricus præclarus, in virtutibus magnus. Igitur rex omnipotentem Deum in Trinitate confessus, baptizatus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, delibutusque sacro chrismate cum signo sancte crucis Domini nostri Jesu Christi. Baptizantur de exercitu ejus amplius quam tria millia virorum. Baptizantur sorores ejus, his nominibus, Albofledis, et Landechildis, ipsa die. Baptizaturque postea cunctus populus Francorum.

XVI. Post hæc Chlodovechus contra Gundobadum et Godeghisicum fratrem ejus perrexit, cum multo exercitu Francorum. Illi hæc audientes, populo multo Burgundionum movent, ad pugnam preparant. Venientesque Divione Castro super Oscaram fluvium, ibique se fortiter compugnant, Chlodovecho, Gundobaldo, et Godeghisolo, Burgundiones valde cest terga verterunt ad fugam. Chlodovechus, sicut solebat, victor exstitit. Afflitoque exercitu Burgundio

EDITIO FREHERI.

perrexit. Illi haec audientes, exercitum maximum colligunt Burgundionum. Venientesque Divione castrum super Hoscarum [Al., Oscaram] fluvium, ibi inter se valde atrociter confligentibus Chlodoveo et Gundobado ac Godeghisculo, Burgundiones terga verterunt. Chlodoveus quoque, sicut solebat, victor exstinct. Affictaque exercitu Burgundionum, Gundobadus et Godeghislaus in fugam versi vix evaserunt. Gundobadus in Avenionem civitatem super Rhodanum ingressus, ibi se reclusit. Sed Chlodoveus rex illuc eum persecutus obsedit. Qui cum ipsam urbem effringere non potuissent, regionem illam nimium vastaverunt Franci. Gundobadus itaque misit consilium suum sapientem, Aredium nomine, ut animum furentis Chlodovei regis per suum consilium optimum mitigaret. Dederuntque ei munera infinita, auri et argenti pondera multa, atque se sub ejus tributo subjugaverunt. Chlodoveus vero ablatis thesauris cum preda maxima cum Francorum exercitu reversus est victor.

In his temporibus fuit in Viennam urbem terrae motus maximus, ubi multæ ecclesiae et domus mulitorum concusse fuerunt et subverse. Ibi bestiae multæ olerrantes, lupi, ursi ac cervi. Ingressique per portam civitatis, devorabant plurimos. Per totum autem annum hoc faciebant. (*Gregor., lib. II., cap. 34.*). Nam veniente Dominica solemnitate diei sanctæ Paschæ, sanctus Mamertus, qui in ea urbe erat episcopus, dum missarum solemnia [Al., sacrificia] ipsa vigilia celebraret, palatium quoque regale quod in civitate erat divino igne succensum est. Cumque haec agerentur, appropinquante Ascensione Domini, indixit jejunium triduanum vir Dei sanctus in populo, cum gemitu et contritione spiritus, instituit orandi modum, edendi seriem, erogandi hilarem dispensationem. Tunc [Al., et contritione spiritus his temporibus semper celebrari. Tunc cessavit ipsa tri-

Abulatio et subversio. Deinceps omnes ecclesiae Dei et sacerdotes, hoc exemplum imitantes, usque ad praesens ipsas triduanas litanias ubique celebrare noscuntur.

CAP. XVII. — De miraculis Dei Chlodoveo ostensis. et quia devictis Gothis Alaricum interfecit.

(*Greg., lib. II., c. 37.*) In illis diebus rex Chlodoveus cum venisset Parisius civitatem, ait ad reginam et ad populum suum: Satis mihi molestum est [durum videtur] quod Gothi Ariani partem optimam Galliarum tenent. Eamus cum Dei auxilio, et ejiciamus eos de ipsa terra, nos risque eam ditionibus subiiciamus, quia valle bona est. Placuisse hoc consilium proceribus Francorum. Tunc Chrotildis regina consilium dedit regi dicens: Faciens, inquit, faciet **B**minus Deus victoriam in manibus domini mei regis. Sed tu audi ancillam tuam, et faciamus ecclesiam in honorem beatissimi Petri principis apostolorum, ut sit tibi auxiliator in bello. Et rex ait: Placet hoc quod hortaris, ita faciamus. Tunc rex projecta se in directum bipennem suam, quod est francisca, et dixit: Fiat ecclesia beatorum apostolorum, dum auxiliante Deo revertimur. Commovit autem rex cunctum exercitum suum, populum Francorum, et Pictavie direxit. Ibi enim tunc Alaricus rex Gothorum commorabatur. At vero cum multa pars hostium per territorium Turonorum [Al., Torinicum] transiret, præcepit rex, pro reverentia sancti Martini, ut nihil aliud nisi herbam præsumerent accipere ad eorum equos sustentandum. Direxit itaque nuntios rex ad beati Martini basilicam cum muniberis multis, et equo suo velocissimo, quem rex amabat plurimum, et ait: Ite, et forsitan victoriae aliquid ex sancto sermone accipietis a Scripturis sanctis. Tunc datis muniberibus nuntius dixit: Si tu Deus adjutor mihi es, et gentem hanc incredulam tibi meis manibus tradidiris, in ingressu basilice, sancte Martine, dignatus

CODEX CAMERACENSIS.

Dnum, Gundobadus et Godeghislaus in fugam versi vix evaserunt. Gundobadus in Avenionem civitatem super Rhodanum ingressus, ibi se reclusit. Chlodovechus illic eum persecutus obsedit, quatenus de civitate extractum interimeret. Quod ille audiens, pavore perterritus, metuebat ne ei mors repentina succederet. Habebat tamen secum virum illustrem Aredium, strenuum atque sapientem. Quem ad se accessitum, ait: Vallant me undique angustiae, et quid faciam ignoro, quia venerunt hi barbari super nos, ut nobis interemptis regionem totam evertant. Ad haec Aradius ait: Oportet te lenire feritatem hominis hujus, ne pereas. Nunc ergo, si placet in oculis tuis, ego a te fugere et ad eum transire consimulabo. Cumque ad eum accessero, ego faciam ut neque te, neque hanc noceant regionem. Tantum ut quod tibi per me consilium demandaverit implere studeas, donec causam tuam Dominus prosperam facere sua pietate dignetur. Et ille, Faciani, inquit, quodcumque mandaveris. Ille eo dicente, vale dicens Aradius discessit, et ad Chlodovechum regem abiens, ait: Ecce ego humilius tuus, piissime rex, ad tuam potentiam venio, relinquens illum miserrimum Gundobadum. Quod si me pietas tua recipere dignatur, integrum me famulum atque fidem, tu et posteri tui habebitis. Quem ille promptissime colligerus, secum retinuit. Erat enim

jucundus in fabulis, strenuus in consiliis, justus in judiciis, et in communis fidelis. Denique Chlodovecho cum omne exercitu circa muros urbis residente, ait Aradius: Si dignanter, o rex, gloria celsitudinis tuæ paucos humilitatis mœsi sermones vellet accipere, consilium, licet non egeatis, tamen fide integra ministrarem. Idemque vel tibi congruum, vel civitatibus erit, per quas transire deliberas. Cur, inquit, retines exercitum, cum loco firmissimo tuus resedeat inimicus? Depopularis agros, prædia depascis, vineas desecas, oliveta succidis, omnesque fructus regionis evertis. Interim et illi nocere nihil prævales. Mitte potius legationem, et tributum quod tibi annis singulis dissolvat impone: ut et regio salva sit, et tu tributa dissolventi perpetuo dominaveris. Quod si noluerit, tunc quod liberit facies. Quo consilio rex accepto, hostem patriæ redire jubet ad propria. Tunc missa legatione ad Gundobadum, ut ei per singulos annos tributa imposta reddere debeat jubet. Et ille et de praesente solvit, et deinceps solutum se esse promittit. Chlodovechus vero ablatis thesauris, cum præda maxima reversus est victor.

His temporibus fuit in Viennam urbem terræ motus, etc., ut in Gestis vulgaribus, usque ad haec verba capituli 28: Sed Chraminus notuit ussum patris implore.

esto mihi revelare, ut sciam si propitius mihi sis famulo tuo. Venientibus autem pueris ad beati Martini ecclesiam, cum ad ipsa limina introissent [pervenissent], primicerius ecclesie hanc antiphonam imposuit, dicens : Præcinxisti me, Domine, ad bellum, et supplantasti insurgentes in me subtus me : et inimicorum meorum de/disti mihi dorsum, et odientes me disperdidisti. Quod psallentium ut audierunt, Domino gratias agentes, dimisso ibi equo regis, et alia munera multa, cum letitia et exultatione nuntiaverunt regi. Cum venisset autem rex ad fluvium Vincennam cum exercitu suo, in quo loco eum vadare deberet, non inveniebat. Inundaverat enim a multitudine pluviarum. Deprecatusque est Dominum ut ei vadum ostenderet, et nocte illa idem fuit. Mane autem facto, cerva mira magni udnis ante eos Dei voluntate [natu] præcedens vadum ostendit. Illaque vadante, populus quoque sequens vadavit. Veniente autem rege apud Pictavis civitatem, dum procul ab ecclesia sancti Hilarii tentoria fixisset, ea nocte pharus ignea [igneus] ex ea visus est exisse. Apparuit nempe super ipsa tentoria in auxiliu Chlodoveo regi cum virtute beati Hilarii. Præcepit ergo tunc rex hosti suo, ut nec cibum, nec ulla stipendia de ipso pago tollerent, neque etiam spolia. Chlodoveus autem rex cum Alarico rege Gothoru[m] in campo Vogladise [Al., Vocladiense] super fluvium Clinno, millario decimo ab urbe Pictava convenit. Illisque inter se compugnantibus, Gothi cum rege suo nimis collisi [collisi] terga verterunt, et Chlodoveus rex, sicut solebat, victor exstinctus. Cumque Alaricum interficeret, duo Goths cum contis eum ex adverso in latere ferierunt. Sed propter loricam qua indutus erat non livoraverunt eum [nihil ei nocuerunt]. Dominus enim adjuvabat eum in cunctis quæ agebat. Maximus autem tunc i[li] Arvernorum populus, qui cum Apollonare duce venerat, corruit in gladio Francorum, cum senatoriis multis. De hac pugna Amalricus evasit per fugam, filius Alarici, et in Spaniis [Hispaniis] regnum patris sui sagaciter recepit. Chlodoveus autem Theodericum filium suum per Albensem et Rotinum civitatem ad Arvernū dirigit. Qui pergens, omnes urbes illas a finibus Gothorum usque Burgundiam subjugavit, et in potestatem patris sui restituit. Regnavit igitur Alaricus annis 42; Chlodoveus quoque apud Burdigalensem [Al., Burdalensem] civitatem totam hiemem resedit. Thesauros vero plurimos Alarici regis de Tholosa abstulit, omnesque urbes illas accipiens, Ecolosinam civitatem veniens, tantam ei gratiam Deus contulit, ut in ejus adventum muri ejus funditus corruerent. Interfectis quoque Gothis qui ibidem erant, ipsam urbem apprehendit. Atque ita omni terra eorum subjugata, in Santonicō [Al., Santoneo] vel Burdigalense Francos præcepit manere, ad defendam Gothorum gentem (*Greg., lib. ii, c. 38.*). Deinde Turonis civitatem reversus, multa munera basilice beati Martini tribuit. Equus vero, quem ante ad ipsam ecclesiam transmiserat, illius matricolariis datus est. Ille vero centum solidos pro ipso

A equo, ut eum recipere, transmisit. Quibus datis, equus ille nullatenus se movit. At ille ait : Date illis alios centum solidos. Cumque alios solidos dedissent, statim ipse equus solutus abiit. Tunc cum latitia rex ait : Vere beatus Martinus bonus est in auxilio, sed carus in negotio. Ab Anastasio imperatore accepit tunc codicilos Chlodoveus rex pro consulatu. Tunica blattea induitus rex in basilica beati Martini, corona aurea in capite suo : ascenso equo, aurum et argentum in atrium, quod est inter civitatem et ecclesiam beati Martini, præsente populo manu propria sparsit [erogavit], atque voluntate benignissima dispensavit. Ab ea die tanquam consul et Augustus est appellatus. De Toronis autem egressus, Parisius civitatem veniens, ibi sedem regni sui constituit

B CAP. XVIII.—*Bellum Chlodovei contra Ragnacharium parentem suum.*

(*Greg., lib. ii, c. 42.*) Deinde commotus contra Ragnacharium [Al., Ragnacharium et Regnacharium] parentem suum. Erat autem ipse Ragnacharius apud Camaracum civitatem effrenis in luxuria. Habetat quoque consiliaire nomine Faronem simili sparitia lutulentum. Cum enim aliquid munieris aut cibi ei deferti essent, dicebat : Sint ista mihi, et meo Faroni consiliario. Pro qua causa indignati Franci qui erant cum eo, consentiebant Chlodoveo, commoventes eum aduersus Ragnacharium. Deditque eis Chlodoveus stipendia pro hac causa, balteos et armillas assimilatas de auro, sed de intus æramen et cuprum [Al., cobrium] erat deauratum, sub dolo factum, pro munere leuidibus Ragnacharii, qualiter super ipsum invitarent eum. Commoto Chlodoveus exercitu contra Ragnacharium parentem suum, misit Ragnacharius speculatorum ad cognoscendum, interrogans, cuius esset hostis major? Qui interrogati responderunt mentientes : Tibi est fortior, et tu Faroni consiliario. Venientes autem Chlodoveus et Ragnacharius ad pugnam, fortiterque inter se prelantes, Ragnacharius cæsum cernens exercitum suum, fugere nititur. Sed ab ipsis traditoribus comprehensus, ligatis a tergo manibus, una cum Richario fratre suo Chlodoveo presentatur. Cui dixit Chlodoveus : Cur humiliasti gentem nostram, ut te vinciri permittas? Nonne melius tibi fuerit mori? Et elevata bipenne, in caput ejus desfixit, et mortuus est. Conversusque ad fratrem ejus, ait : Si tu solatium fratri tuo præbuisses, ille ligatus non fuisset. Similiter et ipsum in capite percussum interfecit, et mortuus est. Post mortem eorum, cognoscentes tradidores eorum aurum, quod a Chlodoveo acceperant, esse vitiatum, dixerunt hoc regi. Rex autem respondens, dixit eis : Merito tale aurum debet accipere, qui dominum suum ad mortem tradit. Sufficiat vobis vitam tantummodo habere concessam, ne inter tormenta deficiatis. Illi autem hec audientes, gratiam et vitam solummodo optabant habere adeptam, hoc sibi sufficere dicentes. Fuerunt autem supradictio Ragnachario parentes : quorum frater Regnemirus [Rignemiris] nomine apud Cenomannis civitatem jubente Chlodoveo rege inter-

fectus est. Quibus mortuis vel peremptis, omne regnum eorum et thesauros Chlodoveus accepit. Infectisque multis et magnis regibus, vel parentibus suis, post hæc omnia mortuus est Chlodoveus rex in pace, et sepultus est in basilica sancti Petri apostoli, quam ipse vel regina sua ædificaverant (*Greg. lib. ii. c. 43*). Mortuus est autem anno 5 postquam cum Alarico rege Gothorum pugnavit. Regnavitque simul annis 30. A transitu sancti Martini usque ad transitum Chlodovei regis fuerunt anni 112. Chrothildis vero regina post mortem viri sui Toronis civitatem frequenter pergebat, ad basilicam beati Martini diutissime commorata, Domino serviebat, et Parisius raro visitabat.

CAP. XIX. — *De morte Chlodovei, et quia quatuor filii ejus in regno successerunt: et de Danis qui in Gallicus irruunt.*

(*Greg. lib. iii. c. 1-3.*) Igitur post mortem viri sui Chlodovei regis, quatuor filii ejus, Theudericus, Chlodomir, Childebertus et Chlotarius, regnum ejus diviserunt æqualiter. Habebat quoque tunc Theudericus filium nomine Theudobertum, strenuum et utilem: elevatique sunt in magna potentia. Amalricus quoque filius Alarici regis Gothorum sororem eorum ad conjugium petiit. Quam illi non negantes, cum ornamenti optimis transmisserunt, eaunque ipse siti in matrimonium assumpsit. In illo tempore Dani cum rege suo nomine Chochilago [*Al. Chohilaico et Cochilag*], cum navale hoste per altum mare Gallias appetunt, Theuderico pagum Attoarios vel alios devastantes atque captivantes, plenas naves de captivis habentes, alto mare intrantes, rex eorum ad littus maris resedit [plenas naves implebant spoliis, numeroque captivorum: altumque mare secantes, naves impellebant, rege eorum cum exercitu ad littus maris sedente]. Quod cum Theuderico nuntiatum fuisset, Theudobertum filium suum cum magno exercitu in illis partibus dirigens. Qui consequens eos, pugnavit cum eis cæde maxima, atque ipsis prostratis regem eorum interfecit, prædam tulit, et in terram suam restituit.

CAP. XX. — *Quod Chlodmirus et Childebertus et Chlotarius bellum ineunt adversus Burgundiones.*

(*Greg. lib. iii. c. 6 et 3.*) In illis diebus Chrothildis regina cum venisset Parisius, ait ad filios suos: Non me pœnitet, o filii mei, vos dulciter enutrisse. Precor itaque, indignamini super injuriam meam, et patris mei et matris meæ mortem vindicate. Illi hæc audientes, in ira magna commoti, cum maximo exercitu Burgundiam petunt, contra Sismundum et Godomarum [*Al. Sigismundum et Gotmarum*] reges alios Gundobadi. Tunc temporis ædificabat Sismundus rex monasterium sanctorum martyrum Agaunensis in Burgundia, saucti Mauricii scilicet cum sociis suis sex millibus sexcentis. Illi autem commovereunt hostem Burgundionum contra Chlodmirum regem, et Childebertum et Chlotarium fratres, filios Chlodovei. Illis inter se compugnantibus, fugerunt caesi Burgundiones cum Godomaro. Sismundus vero

A dum ad sanctos Agaunis fugeret, consecutus est eum Chlodmirus, apprehenditque eum cum uxore et filiis ejus: captosque in pago Aurilianis eos adduxit, atque in carcerem retrudi jussit. Beatus autem Avitus, qui erat tunc vir sanctus, abba in Aurelianensi civitate, deprecabatur Chlodmirum [Chlodomerim] ut non occideret eos. Sed ille nolebat audire eum. Tunc interfecit tam Sismundum et uxorem ejus, quam et filios ejus, projecitque eos in puteum in loco qui dicitur Colonna vico.

CAP. XXI. — *Quod iterum Chlodmirus Burgundioncs derictos interfectus est.*

Post hæc iterum commovit exercitum Chlodmirus, in Burgundiam pergens contra Godomarum [*Al. Gaismarum*]. Cumque venisset cum magno hoste in pago Viennense, in loco qui dicitur Visoronia [*Visroncia*], et Godomarus locatis gentibus cum Chlodomiro prælaretur, Burgundiones valde collæsi cum Godomaro fugerunt. Cumque eos persequeretur Chlodmirus, nimis valde præcurrit, antecedensque eos cum equo valde veloci, in medio eorum ingressus est. Sed ex adversa parte percussus corruvit, et mortuus est. Quod videntes Franci, nimio dolore et ira commoti, Godomarum persequentes exterminant, Burgundiones perinunt, cunctasque regiones devastated, a puero usque ad senem omnes peremunt, et ita reversi sunt. Chlotarius hæc audiens, uxorem fratris sui accepit in conjugium, Gunducam nomine. Filios quoque Chlodmiri orphanos, Theudoaldum, Guntharium, et Chodoaldum, Chrothildis regina nutritiebat, eos secum retinens.

CAP. XXII. — *De cæde magna quod Franci in Thoringorum populo prostraverunt, et de Ermensredo rege eorum.*

(*Greg. lib. iii. c. 7.*) In illo tempore Theodericus, et Theudobertus [Theutbertus] filius ejus, et Chlotarius rex, cum Francorum exercitu Rhenum transentes, in Toringiam dirigunt contra Ermensridum regem Toringorum. Illic audientes Toringi, fossatos fecerunt sub dolo, desuper cooperientes eos cespibus. Cumque ad bellum il idem convenienter, intelligentes quod equi eorum ibidem corruiissent, indignati sunt valde. Fugit autem Ermensridus cum Toringis usque Onestrudem fluvium, illicque cum persecuti sunt Franci. Sed ille reparatis viribus contra Francos nitiebatur. Sed tanta cædes ibi fuit de Toringis, ut ipse fluvius ex eorum cadaveribus repleretur. Franci vero super eos tanquam per pontem transibant et conculabant. Totamque regionem illam vastantes, et captivos abducentes, cuncta depopulati sunt. Ermensridus quoque per sugam vix lapsus evasit. Franci autem cum multa præda et spolio reversi sunt. Fuerunt autem Ermensrido duo fratres, Baldericus et Bertacharius [*Al. Berecarius et Bertarius*]. (*Greg. lib. iii. c. 8.*) Post hæc iterum Theudericus data fide Ermensrido regi, Tulpiaco civitate eum ad se venire fecit. Cumque super murum ipsius civitatis colloquerentur, impulsus de muro urbis ipsius corruvit ad terram, et mortuus est, suosque infantes Theudericus interficere rogavit [jussit].

CAP. XXIII. — *Bellum quod Childebertus exercuit adversus Gothos, et de Amalrici interfectione.*

(*Greg. lib. III, c. 10.*) Childebertus quoque cum esset Arvernus civitate, soror ejus uxor Amalrici regis Gothorum, nomen pueræ Clothildis [*Al., Chlodchildis*] regina, direxit ad eum nuntios de Spania, dicens, quanta mala ei Amalricus fecisset, et qualiter super ipsam insidaretur propter catholicam fidem. Nam cuin ad ecclesiam Christi iret orationem facere, stercora et multos fetores ipse super eam projiciebat, atque in tantum eam verberabat, ut sanguinem vomeret. Quem illa in sudario suo collectum fratri suo transmisit, dicens: *Indignate [Vindicate], dulcissime frater, laborem et injuriam meam, domine charissime.* Cum hæc audisset Childebertus rex, in ira magna commotus, hostem maximum collegit, et in Spaniam direxit, atque pugnam init cum Amalrico. At vero Goths valde collæsi [*collisi*], Amalricus fugam vertit, naves parat ad fugiendum. Cumque attingere conaretur ad ipsas naves, persecutus est eum exercitus Childeberti. At ille victimum se cernens, ad ecclesiam Christianorum fugere nitebatur. Sed autem ad introitum ecclesiæ pervenisset, quidam Francus eum lancea percussit, mortuusque est ibi. Tunc Childebertus Spaniam devastans, Tulletum [*Al., Tulletum*] urbem ingressus, thesauros magnos inde abstulit, et una cum sorore sua reversus est. Sed nescio quo periculo imminentे languore in ipso itinere mortua est. Parisius quoque deportata, in basilica sancti Petri juxta patrem suum sepulta est. Childebertus vero inter reliquos thesauros ministeria ecclesiæ detulit, id est de vasis Salomonis pretiosissimis sexaginta calices, quindecim patinas, viginti capsas Evangeliorum ex auro purissimo gemmario opere cælatas, pulchre ornatas. Ille vero noluit ea confringere, sed per Ecclesias cuncta distribuens, dispensavit.

CAP. XXIV. — *Consilio impio Childebertus et Chlotharius pertractantes nepotes suos interficiunt, et regnum patris eorum invadunt.*

(*Gregor. lib. III, cap. 18.*) In illis diebus Chrothildis regina, cum Parisius resideret, vidensque Childebertus rex, quod filios fratris sui senioris Chlodomiris prefata regina mater ipsius enutriret, et nimis eos diligenter, cogitans quod reges eos vellet facere, dixit Chlothario fratri suo: *Mater nostra filios fratris nostri secum retinet, et tenere diligit, eosque in regno fratris nostri vult elevaro.* Consilio igitur accepto pertractare debemus quid de eis faciamus. Aut tondamus eos, aut interficiamus, regnumque fratris nostri patris eorum inter nos dividamus. Miserunt autem ad reginam Parisius Arcadium, nobilem virum et industrium, dolose dicentes: *Dic matri nostræ, ut mittat ad nos filios fratris nostri, nepotes nostros, ut eos reges constituamus.* At illa credens hoc verum esse, gaudens ipsos eis transmisit. Illi vero statim remiserunt Arcadium ad reginam, dicentes: *Hic sunt forlices, et ecce gladius. Sic mandant filii tui: Si vis eos tondere aut gladio perimere. Illa vero præ ni-*

A mio dolore et amaritudine cordis cum lacrymis ait: *Satis undique me angustiae comprimit. Si regnare non debent, quid mihi eos prodest nutrisse? Melius est illis mori quam tondere.* At ille reunitivit eis dolose falsum, dicens: *Sie dicit regina, Magis volo eos occidere, quam tondere. Nec mora etiam, apprehendit Chlotharius puerum seniorem, projectaque eum ad terram, ac desixit in ascella ejus cultum. Qui transverheratus, statim mortuus est.* Frater quoque junior cum hoc vidisset, projectit se ad pedes Childeberti, dicens flendo: *Succurre mihi, piissime pater, ne et ego peream sicut frater meus.* Tunc Childebertus commotus lacrymis, ait: *Obsecro, dulcissime frater, ut isti vitam concedere digneris, et quantum [Al., ut hujus vitam tua largitate mihi concedere jubeas, et quantumcunque] volveris, pro hoc dabo tibi.* At ille in ira succensus, ait ad eum: *Ejice eum a te, aut certe pro eo morieris. Tu es eam qui hoc malum consilium perpetrasti, et modo tu vis liberare eum?* Hæc audiens Childebertus, projectit eum a se. Chlotharius quoque elisit eum in terra, defroque in ascellam cultro interfecit eum, sicut fratrem ejus: et pueros eorum nutritios similiiter jugulavit, ascensisque equitibus [equis] abscessit. Regina quoque hæc audiens, cum nimio moerore attrita, compositis corpusculis eorum, cum magno psallentio et immenso luctu Parisius ad basilicam sancti Petri deportata sepelivit. Quorum unus erat decem annorum, et alias septem. Tertius vero nomine Chlodobaldus effugit, et per auxilium puerorum fortunam liberatus est. Qui postea relicto terreno regno, ipse propria manu se totondit, et clericus factus est, ac bonis operibus preditus presbyter ordinatus est. Plenus vero post modum virtutibus migravit ad Dominum. Noviento villa Parisiaci suburbano depositus requiescit. Chrothildis autem regina in eleemosynis proflues, cum summa abstinentia et sobrietate vita jugiter degebat.

CAP. XXV. — *De morte Theuderici, et regnum Thedoberti, et bellum adversus Chlotarium.*

(*Greg., lib. III, c. 28.*) In illis diebus mortuus est Theudericus rex. Regnavit autem annos 25. Thedobertus [*Theutbertus*] quoque filius ejus regnum ejus recepit. Post hæc Childebertus et Thedobertus commoventes exercitum, contra Chlotarium ire disponunt. Ille autem hæc audiens, videns quod eorum exercitui resistere non possit, in silvam confugit in Auriliano [*Al., Arelauno*], fecitque combros, totam spem suam in Dei pietate transfundens. Sed et Chrothildis regina hæc audiens, beati Martini sepulcrum adiit, ibique in oratione prostrata, tota nocte vigilans, deprecabatur Dominum, ne inter filios suos bellum civile consurgeret. Cumque convenissent cum hostibus magnis contra Chlotarium, ut sequenti die eum interficerent, mane facto in loco, in quo erant congregati, orta est maxima tempestas, tentoria disrumpens cum immixtis fulgoribus, atque cuncta subvertit, irruentibus imbribus cum tonitruis validis. Illi vero prostrati in terram corruentes, casi grandi-

nibus validis, graviter verberati [Al., turbati] corrunt. Nullum eis tegumen remansit, nisi clypeus tantum, hoc maxime timentes, ne ab igne cœlesti crevarentur. Sed et equi eorum ita dispersi sunt, ut vix in vicesimo stadio reperirentur. Multi etiam de his non sunt inventi. Tunc illi aut lapidibus cœssi, aut humo prostrati, poenitentiam agentes veniam precabantur a Deo, quod talia contra sanguinem suum agere voluissent. Super Chlotarium vero neque una quidem pluviae gutta cœcidit, neque ullatenus sonitus tonitrii est auditus, sed neque anhelitus [Al., anillitus] venti in illo loco senserunt. Illi quoque mitentes nuntios, pacem et concordiam petierunt; qua data, ad propria sunt reversi.

CAP. XXVI. — *Quod Childebertus et Chlodtharius in Hispaniam dirigunt, Cæsaugustam obsident, et quia Longobardi sub tributo vixerunt.*

(Greg. lib. iii, c. 28.) Post hæc iterum Childebertus et Chlotarius commoto exercitu magno in Spaniam dirigunt. In quam ingressi, ipsam terram vastantes succenderunt, interficiens populum. Cæsaugustanam civitatem circumdantes obsederunt. Populus autem qui ibidem obcessus tenebatur, induti cilicis, asperso capite cinere, in tanta humilitate ad Deum conversi sunt, ut cum tunica beati Vincentii martyris muros civitatis psallendo circumfrent. Mulieres similiter induitæ nigris palliis, dissoluto erine, plangentes sequebantur, ut illuc Ninivitruum jejuniū celebraretur. Quod hi reges videntes, putabant eos aliquid agere maleficii. Tunc apprehensum unum rusticum de civitate, interrogabant eum quid hoc esset quod agerent. Qui ait: Domine, tunicam Vincentii martyris deportant, et cum ipsa ut eis Dominus misereatur exorant. Et ille ait: Vade, dic episcopo civitatis ut cum fiducia veniat ad nos nihil dubitans. Ille vero cum hæc episcopo nuntiasset, ipso cum muneribus statim occurrit eis. Childebertus quoque postulavit ut ei reliquias beati Vincentii daret. At ille dedit ei stolam ejus. Tunc memorati reges acquisita maxima parte Spaniæ, cum multis thesauris et spoliis reversi sunt. Childebertus vero Parisius veniens ecclesiam in honore beati Vincentii martyris ædificavit. Tunc Theudobertus rex, filius Theuderici, in Italiam cum hoste plurimo abiit, Langobardis devictis atque prostratis, maximam partem de ipsa terra vastavit, ipsosque Langobardos D tributarios subjugavit [sibi fecit], et cum multo spolio reversus est. Sed quia terra illa vel loca, ut fertur, morbida sunt, exercitus ejus diversis febris vexabatur. Dicitur etiam tunc temporis usque Ticinum accessisse civitatem, in qua Buccelenum direxit. Qui minori Italia capta, atque in ditionem antedicti regis redacta, majorem petiit. In qua contra Belsuarium [Al., Belisarium] multis vicibus pugnans, victoriam obtinuit. Cumque imperator vidisset quod Belsuarium crebrius vinceretur, amoto eo Narsitem in ejus loco statuit. Belsuarium vero co-

A mitem stabuli esse constituit. Buccelenus vero contra Narsitem magna certamina gessit, captaque omni Italia, usque in mare terminum suum dilatavit. Thesauros vero magnos ad Theudobertum de Italia dierexit. Quod cum Narsis imperatori innotesceret, imperator conductis pretio gentibus, Narsiti solatum misit. Confligensque postea victus abscessit. Deinde Buccelenus Siciliam occupavit, de qua etiam tributa exigens, regi transmisit.

CAP. XXVII. — *De morte Theudoberti, et Chrochildie, et Theudoaldo, et quia Chlodcharius regnum recepit, et bellum contra Saxones.*

(Greg., lib. iii, c. 36; lib. iv, c. 1, 2.) Post hæc rex Theudobertus ægrotans, febre valida corruptus, mortuus est. Regnavitque annos 14. Regnum ipsius in superiores Francos in Auster, Theudoaldus filius ejus accepit. Igitur bonæ memorie gloriosissima Chrothildis regina bonis operibus pollens, apud urbem Toronicam inigravit ad Dominum plena dierum. Quacum magno psallentio Parisius deportata, in sacrario basilicæ sancti Petri ad latus Chlodovei regis viri sui sepulta est, a filiis suis Childeberto et Chlotario regibus humata. Ubi et beatissima Genovesa sepulta est. Chlotarius quoque rex de diversis mulieribus septem filios habuit, id est, de Ingunde Guntharium, Childericum, Haribertum [Charibertum], Guntramnum, Sigibertum, et Chlodsindam filiam. De Heregunde [Charegunde] quoque sorore Ingundis habuit Chilpericum. De Gunsina [Gunsinde et Günsinane] habuit Chramnum. Per amorem enim Ingundis, eo quod pulchra esset et decora, et ipse esset nimis luxuriosus, Herigundem sororem ejus in conjugium accepit. Theudoaldus autem rex filius Theudoberti regis in Auster, ægrotans febre valida mortuus est; regnavitque annos 7, regnunque ejus Chlotarius rex cum thesauris multis accepit. Eo anno rebellibus Saxonibus, Chlotarius rex, commoto Francorum exercitu, contra eos pugnam init super Wiseram fluvium, exercitum eorum maximum interfecit, terramque eorum vastavit: pervagans totam Toringam, ac depopulans, pro eo quod solatum Saxonibus præbuissent.

CAP. XXVIII. — *Quod Chramnus coniurationem aduersus patrem suum fecit cum Childeberto, et de obitu Childeberti.*

(Greg. lib. iv, c. 10.) Chramnus itaque filius Chlotarii pulcher et decorus erat nimis; et acer et callidus. Cumque ultra Ligere a patre missus in loco ejus fuisset, cepit regionem valde iniquiter opprimere. Quod cum patri nuntiatum fuisset, ille eum ad se venire præcepit. Sed Chramnus noluit jussum patris implere, durius agens. Duxitque Willehari [Al., Willichari] filiam sibi in uxorem nomine Chaldam. Apprehensisque multis thesauris Parisius veniens, cum Childeberto rege patruele suo sacramento constrictus est, jurans se esse patri certissimum inimicum. Cum autem Childebertus rex ægrotare cœpisset, diutissime Parisius febris decubans, mortuus

* Sequentia addita sunt ex cod. illustris viri Francisci Thuanii.

† Huc usque codex Cameracensis.

est, et in basilica beati Vincentii martyris, quam ipse construxit, sepultus. Cujus regnum et thesauros Chlotarius rex accepit. Chramnus quoque cum evadere patri non posset, Britannias petivit. Ibi cum Britannorum rege Cunoberto ipse et uxor ejus, et filii [Al., filiæ] ejus latuerunt. Willeharius autem sacerdos ejus Turonos ad basilicam sancti Martini confugit. Tunc ipsa basilica per peccata Willeharia et uxorius ejus succensa est: quam postea Chlotarius rex stanno cooperire jussit, et illam ea, qua prius fuerat, elegantia reparavit. Post hæc Chlotarius rex commoto magno exercitu contra Chramnum in Britanniam frendens direxit. Sed et Chramnus nihil timens, contra patrem ad bellum cum Cuniberto [Al., Conoberto et Conobro] rege Britannorum egreditur. Cumque fortiter inter se compugnarent, Chlotarius rex commotus lacrymis aiebat: *Respicere, Domine, de cœlo, et judica iuste, illudque impone judicium, quo l quondam inter Absalonem et patrem ejus David posuisti.* Confligentesque pariter, Britannorum rex in fugam vertitur, ibique cecidit. Chramnus quoque dum per fugam evadere conaretur, navesque in mari paratas haberet, et dum uxorem vel filias liberare vellet, ab exercitu patris oppressus, captus atque ligatus est. Quod cum Chlotario regi nuntiatum fuisse, jussit eum cum uxore et filiabus igne consumi: inclusique in tugurium cuiusdam pauperculæ, Chramnus super scamnum extensus orario suggillatus [*Id est strangulatus*] est, et sic postea super eos ipsa casella incensa, cum uxore et filiabus est combustus.

CAP. XXIX. — *Quo tempore sanctus Medardus transiit: et de morte Chlodcharii, et quia filii ejus successerunt in regnum.*

(Greg., lib. iv, c. 19.) Tunc quoque in illis temporibus beatissimus Medardus episcopus, plenus virtutibus præclaris et gloria, migravit ad Dominum. Quem Chlotarius rex Suessionis civitate cum magno psallentio gloriose sepelivit, tribuens illic multas facultates. Rex vero Chlotarius ad beati Martini sepulcrum abiit: illic diutissime orans, multa munera largitus est, et per multas basilicas sanctorum complurima dona tribuit. Post hæc dum in Cottia sylva venationem exercebat, a febre valida corripitur. Exinde Compendio villa, quæ est palatum regale, rediit. Ubi cum graviter vexaretur, dicebat: *Vua, vua! quid putatis qualis est ille rex coelestis, qui sic tam magnos reges interficit?* In hoc enim tredio positus spiritum exhalavit, regnavitque annos 51 [Al., obiit autem anno 51 regni sui]. Quem quatuor filii sui cum magno honore Suessionis civitate deferentes, in basilica beati Medardi sepelierunt. Chilpericus vero post mortem patris sui thesauros, qui in villa Brinnaico [Al., Brinago et Brinnaco] erant congregati, accepit, et ad Francos utiliores petit, ipsisque munera multa dedit, et sibi subdidit. Mox Parisius ingreditur, sedemque Childeberti regis occupat. Sed non diu licuit ei hoc possidere. Nam conjuncti fratres ejus, cum exinde expulerunt, et sic inter se hi quatuor, id est, Charibertus [Cherebertus], Guntrannus,

A Chilpericus, atque Sigibertus, divisionem legitimam fecerunt. Accepitque Charibertus regnum Childeberti, sedemque constituit Parisius; Guntrannus regnum Chlodomeris accipiens, Aurilianis sedem instituit; Chilpericus vero regnum Clotarii patris sui accipiens, Suessionis civitate sedem statuit. Sigibertus autem regnum Theuderici accepit, et sedem habere Remis civitatem constituit.

CAP. XXX. — *Ubi Chuni Gallias appetentes prouocati sunt, et bellum inter Sigiberto et Chilperico, et de uxoriis Chareberti.*

(Greg. lib. iv, c. 23 et 26.) Igitur post mortem Chlotarii regis, Chuni commoti cum Cagano rege suo Gallias venire destinant. Contra quos Sigibertus exercitum movit, ac fortiter contra eos pugnans prostravit atque devicit, et in ore gladii eos fugavit.

B Sed postea rex eorum amicitias cum Sigiberto petuit, et per missos suos pacem cum eo postulavit [Al., pepigit], reversusque est in terram suam. Dum autem illic moraretur Sigibertus, Chilpericus frater ejus hoste collecto Remos pervasit, et Campaniam succensam atque prædatam devastavit. Sigibertus autem a Chunis rediens vicit, contra Chilpericum exercitum commovit, Suessionis civitatem occupat: ibique invento Theudeberto filio Chilperici apprehendit eum, et in exsilium transmisit [retrusus]. Accedens etiam contra Chilpericum bellum commovit. Quo victo atque fugato, civitates suas in suo dominio restituit [in suam dominationem revocavit]. Theudobertum vero filium ejus apud Ponticonem villam custodire

C jussit per annum integrum. Quem postea, clemens ut erat, muneribus ditatum patri reddidit sanum, dato sibi sacramento, ne unquam contra eum agere debet. Quod tamen postea, peccatis ingravibus, fuit irruptum. Charibertus rex Ingobergam [Al., Ingodotergam] duxit uxorem. Habebatque ipsa regina puellas duas cuiusdam pauperis filias, nimis pulchras et speciosas. Nomen senioris Marcouesa [Marcoueva], nomen vero junioris Merofledis vocabatur. In quarum amore rex Charibertus nimis exarsrat. Ingoberga quoque affligebat eas nimio odio pro ea causa. Nam et patrem earum compositorem lanificii fieri jussit. Pro qua causa rex nimis iratus Ingobergam reliquit, et Merofledem accepit uxorem. Post hæc quoque Marcouesa sororem ejus ad conjugium copulavit: pro qua causa a sancto Germano Parisiorum episcopo excommunicatus uteque est. Sed cum rex eam relinquere nollet, percussa judicio Dei mortua est.

CAP. XXXI. — *De morte Chareberti: et quia Sigibertus Brunchildem accepit uxorem sibi, et Chilpericus Galsuintem, et de Fredegunde.*

(Greg. lib. iv, c. 27 et 28.) Non post multum tempus Charibertus etiam rex mortuus est, et in Blavia castello in basilica sancti Romani sepultus. Porro Sigibertus rex cum videret quod fratres ejus indignas sibi uxores acciperent et ancillas ad conjugium copularent, legationem in Spaniam misit, et cum multis muneribus Brunchildem Albanigildi regis filiam petiit. Erat enim puella elegans opere, et pul-

chra, et ingeniosa. Quam pater ejus non denegans, cum magnis thesauris antedicto regi transmisit. Ille vero cum magno apparatu et immenso gaudio eam accepit uxorem. Et quia Arianæ legi subjecta erat, eam Sigibertus rex in nomine sanctæ Trinitatis baptisare præcepit: et fidem catholicam confessa, perfecte imbuta est. Quod videns Chilpericus rex, cum jam plures haberet uxores, sororem Brunchildæ nomine Galsuindam [Gailsuindam] expetiit, promittens per legatos alias uxores dimittere. Pater vero ejus has promissiones audiens, filiam suam præfata cum multis thesauris ei destinavit. Nam ipsa Galsuinda ætate senior erat Brunchilde. Chilpericus vero cum magno gaudio eam in conjugio suscepit, et ipsa in nomine sanctæ Trinitatis chrismata, magna christiana [magnæ sanctitatis femina] effecta est. Per odium autem Fredegundis valde pessimæ concubinæ sua ortum est inter eas grandescandalum. Dicebat enim ipsa Galsuinda tantas sibi injurias a rege se sufferre non posse, propter inimicitias Fredegundæ. Petiit itaque ut relictis thesauris, quos secum de Spania tulerat, liberam eam redire dimitteret in patriam ad patrem suum. Sed ille eam verbis molibus blandiebatur. Per consilium itaque pessimæ Fredegundis eam per noctem in stratu suo strangulavit. Post cujus obitum Deus pro ea virtutes ostendit. Quo facio, fratres Chilperici hoc indignantes, eum de regno ejicere voluerunt. Habebat autem tunc Chilpericus rex tres filios de Audovera regina sua, id est, Theudobertum [Theutbertum], Meroveum, et Chlodoveum. Nunc autem ad coepia redeamus, qualiter Fredegundis dominam suam Audoveram reginam decepit. Nam ipsa Fredegundis ex familia insima fuit. Cum autem Chilpericus rex in hostem cum Sigiberto fratre suo contra Saxones ambulasset, Audovera regina grida remansit, quæ peperit filiam. Fredegundis vero per ingenium consilium dedit ei, dicens: Domina mea, ecce Dominus rex victor revertitur: quomodo potest filiam suam grataanter [Al., gratulanter et dignanter] recipere non baptisatam? Cum hæc audisset regina, baptisterium parare præcepit, vocavitque episcopum, qui eam baptisare deberet. Cumque episcopus adfuisse, non erat matrona ad præsens, quæ puellam suscipere deberet. Et ait Fredegundis: Nunquid similem tui invenire poterimus, quæ eam suscipiat? Modo tumet ipsa suscipe eam. Illa vero hæc audiens, de sacro fonte eam suscepit. Veniens autem rex victor, exiit Fredegundis obviam ei, dicens: Deo gratias, quia Dominus noster rex victoriæ recepit de adversariis suis; nataque tibi est filia. Cum qua dominus meus rex dormiet hac nocte? quia domina mea regina commater tua est de filia tua Childeinde [Al., Chelsindane]. Et ille ait: Si cum illa dormire nequeo, dormiam tecum. Cumque introisset rex in aulam suam, occurrit Audovera regina cum ipsa puella. Et ait ei Rex: Nefandam rem fecisti per simplicitatem tuam. Jam enim conjux mea esse non poteris amplius. Rogavitque eam sacro velamine in-

A duere, cum ipsa filia sua: deditque ei prædia multa et villas. Episcopum vero, qui eam baptisavit, exilio condemnavit. Fredegundem vero copulavit sibi ad reginam.

CAP. XXXII. — *Bellum quod fuit Sigiberto et Chilperico: et de morte Sighiberti.*

(*Greg. lib. iv, c. 37, 43, 49, 50, 51.*) Tunc Justinianus imperator apud Constantinopolim civitatem obiit: Justinus ambivit [Al., accepit] imperium. Chlodeus quoque junior filius Chilperici abiit usque Burdegalam [Al., Burdigalem, et Burgundigalam] urbem. Ubi cum nullo inquietante resideret, Sigulfus quidam a parte Sigiberti regis missus, cum exercitu se super eum objecit. Quem fugientem, cum tubis et buccinis quasi fugientem cervum insequebatur.

B Qui vix ad patrem labens Parisius pervenit. Chilpericus quoque Theudobertum filium suum seniorem, qui antea Sigiberto juraverat, ultra Ligerem cum hoste [Al., hostili manu] direxit. Qui abiens civitates Sigiberti avunculi sui pervasit, id est Toronis, Pictavis, vel reliquas. Apud Pictavis autem contra Gundoaldum ducem pugnavit; collæsusque est exercitus Gundoaldi, et fugit. Magnamque cædem illic Theudobertus de hoste Gundoaldi fecit. Commoto inde exercitu Lemovicinum Cadurcinumque abiit, easque per vastavit, ecclesias multas incendit, ministeria detrahit [abolivit], clericos interfecit, monasteria virorum dejecit, puellarum deludit, et cuncta devastavit. Fuitque in illo tempore pejor in Ecclesiis gemitus quam tempore persecutionis Maximiani et Dio-

C cletiiani imperatorum. Cumque has discordias inter hos fratres disseninari videret, commoto iterum Chilpericus exercitu usque Remis accessit, cuncta incendens atque debellans. Quod audiens Sigibertus, convocatis gentibus illis quæ ultra Rhenum sunt, Parisius venit, et contra fratrem suum ire disponit, mittens nuntios Dunensibus vel Toronicis, ut contra Theudobertum ire deberent. Quod illi dissimulantes, rex Godegisilum et Guntramnum duces in capite dirigit. Qui commoventes exercitum, adversus eum pergunt. Ille quoque derelictis suis cum paucis remansit, sed tamen ad bellum exire non dubitavit. Venientesque ad pugnam Theudobertus [Theutbertus] devictus prosternitur, mortuusque est ibi. Ab Audolfo quoque duce collectus, Ecolosinam civitatem deportatus, ibidem sepultus est. Chilpericus vero per Rodomagensem urbem fugiens cum uxore sua ac filiis, Turnacum civitatem ingressus, ibi se reclusit et communivit. Sigibertus vero civitates illas, quæ ultra Parisius sunt posite, usque Rodomacum accepit. Regressus inde Parisius introiens, ibi ad eum Brunchildis cum filiis suis venit. Tunc Franci, qui quoniam ad Childebertum seniorem aspexerant, ad Sigibertum legationem mittunt ut ad eos veniret, et illic Chilperico derelicto, ipsum supra se regem stabilunt. Qui hæc audiens, misit eos ut fratrem suum in supra memorata civitate Turnaco obsiderent, dicens se cum exercitu eos esse secuturum. Cui beatus Germanus episcopus dixit: Si abieris, et fratrem tuum inter-

sicere nolueris, vivus et victor redis ; sin autem aliud cogitaveris, morieris. Sic enim Dominus per Salomonem ait : *Foveam quam fratri tuo præparabis, in eam cades.* Quod ille audire neglexit. Venientem autem filiam apud villam, cui nomen Victoriacum, collectus est ad eum omnis exercitus, impositumque supra clypearum regem eum super se statuunt. Tunc Fredegundis memor artium suarum inebriavit duos pueros Tarwanenses, dixitque eis : Ite ad cuneum Sigiberti, et assimilate ut eum supra vos in regem elevare debeatis, emnque interficide. Si evaderitis vivi, ego mirifice honorabo vos, et sobolem vestram ; si autem corrueritis, ego pro vobis eleemosynas multas per loca sanctorum distribuam. Illi vero nec dubii, ad eum venientes, cum aliam causam suggerere simularent, abstractis cultris (quos vulgus scrammoxos [Al., scramsaxos — Sachso longiores cultri et machæræ] vocant) utraque ei latera feriunt. At ille vociferans atque corruens, non post multo spatio evanuit spiritum suum. Ubi etiam et illi homicidæ corruerunt. Chilpericus vero nesciens de fratribus interitu, quid Fredegundis egisset, dubius hæsitabat, quomodo angustias, quas ab hoste fratribus sui patiebatur, an evadere posset, aut non. Donec Fredegundis omnia de fratribus sui morte narravit. Tunc egressus Chilpericus rex cum satellitibus suis de Turnaco cum uxore et filiis, vestitum Sigibertum vestibus ornatis apud Lambros vicum sepelivit. Unde postea Suescionis in basilica sancti Medardi juxta patrem suum Chlotharium sepelierunt. Obiit autem anno 14 regni sui, ætate quadagenaria. Interempto igitur Sigiberto rege apud Victoriacum villam, Brunhildis regina cum filiis suis Parisius residebat, plena luctu, quid de se agere deberet, ignorans. Gundoaldus dux apprehensum Childebertum filium ejus parvulum furtim per noctem abstulit, et cum eo in Auster fugit. Collectisque gentibus, super quas pater ejus regnaverat, regem eum constituit.

CAP. XXXIII. — *Quod Brunchildis in exilio retruditur, eamque Merovechus in uxorem assumit, et bellum Campanorum.*

(*Greg. lib. v. c. 2, 3, 8, 22.*) Chilpericus vero rex Parisius veniens, apprehensa Brunhilde, apud Rotomagensem civitatem in exilio retrusit, thesaurosque ejus, quos Parisius detulerat, abstulit, et filias ejus Meldis urbe tenere precepit. Chilpericus post hoc filium suum Merovecum cum exercitu ultra Ligerim dirigit. At ille relicta ordinatione patris, per Cenomannicum reversus, matrem suam Audoveram visitare se singens, Rotomagum civitatem venit. Ibi que Brunhildæ reginæ conjunctus, eam sibi in conjugium copulavit. Hæc audiens Chilpericus, quod scilicet contra fas et legem canoniam uxorem patruj accepisset, valde amarus facius est, et festinus ad ipsam urbem perrexit. Illi vero cum cognovissent, quod eos separare decerneret, ad basilicam sancti Martini, quæ est ligneis tabulis supra murum constructa, consugint. Rex vero cuin eos per ingenium iude ejicere non posset, dolose eis jurans : Si, in-

A quit, voluntas Dei fuerit, ipse eos separare non conaretur. Hæc illi sacramenta accipientes, de basilica egressi sunt : ex osculatisque dolose, et dignanter acceptis, epulavit eam eis rex. Post dies vero paucos, cum ipso Meroveo assumpto Sueessionis civitatem reddit. Cumque ibidem moraretur, collecto hoste de Campania adversus Chilpericum, ille quoque similiter cum exercitu aciem dirigit contra eos. At illi nimis casi in fugam dilabuntur, multosque ibi nobilissimos viros occidit. Quæ postquam acta sunt, rex Chilpericus propter conjunctionem Brunhilda, vel ejus maleficia, Meroveum suspectum habebat pro hac pugna, insidiante Fredegunde. Tunc expoliatum eum ab arma, commendavit custodibus, tractans [Al., consultans] quid de eo facere deberet. Post haec tonsuratus est ipse Meroveus jubente Chilperico, presbyter ordinatus cum ueste sacerdotali monasterium Aninsula in Cenomannicum eum direxit, ut illic regulari ordine degere deberet. Tempore quoque illo beatus Germanus Parisiorum episcopus plenus dierum ac virtutibus magnis migravit ad Dominum, et cum gloria et psallentio maximo in beati Vincentii martyris basilica est sepultus. Childebertus post haec junior legationem ad Chilpericum misit propter Brunhildem matrem suam. Illa quoque pacifice redditæ est. Eo tempore Samson filius Chilperici mortuus est.

CAP. XXXIV. — *De descriptiones pessimas, quas Chilpericus fieri jussit.*

(*Greg. lib. v. c. 28.*) Chilpericus autem rex descriptiones novas et graves per consilium Fredegundis in cuncto regno suo fieri jussit. Pro qua causa multi relinquentes civitates illas vel possessiones proprias, alia regna petierunt, dicentes : Sibi melius esse peregrinari, quam tali periculo subjacere. Sic enim statutum fuerat, ut possessor de propria terra unam amphoram vini per arepennem redderet. Sic et de reliquis terris et universa substantia faciebant. Similiter et de mancipliis cuncta agebantur. Populus vero valde oppressus vociferabantur ad Dominum. Eo tempore rex Chilpericus graviter ægrotavit. Qæ recuperante [Al., revalescente], filius ejus junior neandum baptisatus ægrotare cœpit. Qui baptisatus, vix convaluit. Fraterque ejus senior nomine Chlodobertus hoc morbo corripitur valde [Al., validabat]. Et Fredegundis plena dolore filiorum et genitu, ait ad regem sero pœnitens [Al., jam repentens] : Diu nos male agentes pietas divina sustinet. Nam nos sæpe febris et aliis malis corripuit, et emendare negleximus. Ecce jam perdimus filios : ecce jam eos lacrymæ pauperum, lamenta viduarum, suspiria orfanorum interimunt. Ecce auri et argenti immensa pondera, cellaria et horrea plena redundant, et nescimus cui congregamus ea. Ecce quod palchrius habebamus, perdimus. Quid nobis proderunt omnia ista ? Nunc vero placeat tibi consilium meum, et jube reddere quod male pervasisimus, et descriptiones novas, quas injuste et nequier fecimus, jube incendere [Al., igne creñari], ut si natos perdimus,

tel posnam perpetuam evadamus. Tunc rex cum puncto corde tradidit omnes descriptiones iniquas ad comburendum in ignem. Post haec parvulus filius ejus moritur. Quem cum grandi moerore Parisius in basilica sancti Dionysii martyris deportantes sepelierunt. Deinceps Chlodobertus [Al., Robertus] filius eorum alius cum nimis agrotaret, componentes eum in feretro, Suessionas [Al., Sexonis] ad basilicam sancti Medardi deduxerunt. Projicientes eum ad sanctum sepulcrum, voverunt vota pro eo. Sed media nocte deficiens mortuus est. Quem in basilica sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani sepelierunt. Magnus quoque planctus in omni populo fuit. Nam mulieres cum viris sumentes lugubria flabant, nigris vestibus induitae, percussae pectora hoc funus sunt prosecutae. Multa quoque munera ac dona Chilpericus rex ecclesiis vel pauperibus, ac praedia multa est largitus.

CAP. XXXV. — *De Justino et Tiberio imperatoribus, et de Italia subjugata: et transitu Guntramni regis, et quod per ingendum Fredegondis intersectus est Chilpericus.*

(*Gregor. lib. v, cap. 30.*) Eo quoque tempore Justinus imperator amens effectus 13 anno imperii sui apud Constantinopolim civitatem obiit. Tiberius quoque imperium suscepit. Post haec Theudericus puer filius Chilperiei obiit. His diebus peperit Fredegundis puerum, quem Chlotharium vocaverunt. Hic fuit postea rex magnus, qui genuit Dagobertum. In illis quoque diebus Childebertus rex in Italiam abiit, rursumque eam ad partem Auster, quam ipse regebat, acquisivit, et sub tributo subjugavit. Tunc etiam maximæ discordiæ inter Chilpericum et Childebertum nepotem suum consurgebant. Irritabantque eos ex ultraque parte Fredegundis et Brunhildis. Eo quoque tempore mortuus est bonæ memorie Guntramns rex inclitus, frater Chilperici. Cavelone [Al., Cabillono] autem civitate Burgundiæ in basilica sancti Marcelli martyris sepultus est. Regnavit autem annos 31. Fredegundis itaque filiam suam nomine Ribgunde [Al., Riccundem, et Ricohundem], cum magnis opibus et infinitis thesauris, in Hispanis ad Leudegildum regem, uxorem filii sui cum magna legatione Gotorum direxit. Erat autem Fredegundis regina pulchra, et ingeniosa nimis, atque adultera. Landericus quoque erat tunc in aula regis Chilperici, vir efficax atque strenuus. Quem memorata regina diliegabat multum, quia luxuria commiscebatur cum ea. Quadam die maturius mane, cum rex ad venationem exercendam de villa Calinsa [Callense] in Parisiaco dirigeret, cum nimis ipsam Fredegundem diligenter, reversus in camera palatii de stabulo equitum, illa caput suum abluens aqua in ipsa camera; rex vero retro veniens, eam in natibus suis de fuste percussit. At illa cogitans quod Landricus esset, ait. Quare sic facis, Landrice? Respiciens sursum [Al., retro] vidit quod rex esset, et expavit vehementer. Rex vero nimis tristis effectus, in ipsam venationem perrexit. Fredegundis itaque vocavit ad

A se Landericum, et narravit ei haec omnia quæ rex fecerat, dicens: Cogita quid agere debeas: quia crastina die ad tormenta valida exhibimus. Et ait Landericus contristatus spiritu, et commotus lacrymis, dicens: Tam mala [male] hora te viderunt oculi mei. Ubi fugere possum domino meo regi? Ignoro enim quid agere debeam, quia comprimit me undique angustiæ. Et illa dixit ei: Noli timere: audi concilium meum, et faciamus hanc rem, et non moriemur. Cum enim rex de venatione summo noctis vesperi obtenebrante crepusculo advenerit, mittamus qui eum interficiat: et praecones clament, quod insidiae sunt Childeberti. Illo quoque mortuo nos cum filio meo Chlothario regnemus. Factum est autem in initium noctis, revertente Chilperico rege de venatione, quidam pueri adulatores inebriati vino a Fredegunde missi, dum de eqno descenderet, pergentibus reliquis personis ad metata [Al., ad hospitia] sua, ipsi gladiatores percusserunt regem in alcum scaramsaxis [Al., scramxasis]. At ille vociferans expiravit, et mortuus est. Succlamaverunt quoque adulatores, quos regina fraudulenter miserat, dicentes: Insidiae, insidiae fuerunt haec Childeberti regis Austrasiorum super dominum nostrum regem. Tunc exercitus huc illucque discurrentes cum nihil invenissent, reversi sunt ad propria sua. Mallulfus [Al., Mathulfus] itaque Silvanectensis episcopus, qui in ipso palatio tunc aderat, indutum eum vestibus regalibus, in nave levatum, cum hymnis et psallentio magno, cum Fredegunde regina vel reliquo exercitu, Parisius civitatem in basilica beati Vincentii martyris eum sepelierunt. Regnavit enim annos 23.

CAP. XXXVI. — *Ubi Fredegundis bellum cum Austrasiis gessit, eosque devictos Campaniam succedit.*

Fredegundis autem cum Chlothario rege parvulo filio suo, et Landericu, quem majorem domus palatii constituerat [Al., elegerunt], in regno resedit. Franci quoque prædictum Chlotharium regem parvulum supra se in regnum statuerunt. Audiens autem Childebertus rex Austrasiorum filius Sigiberti, nepos Chilperici, avunculo suo mortuo maleficia Fredegundis reginæ, hostem collegit. Nam defuncto Guntramno patruere suo, regnum Burgundiæ ipse accepit. Igitur Burgundiones et Austrasii, et superiores Franci, simul commoto grandi exercitu valde per Campanias digressi, pago Sessaunico [Al., Suessionico] cum Gundobaldo et Wintrione patriciis suis vastantes ingrediuntur. Haec audiens Fredegundis, cum Landericu et reliquis Francorum ducibus hostem congregat; et ad Brinnacum villam veniens, multa dona et munera Francis donavit, eosque ad pugnandum contra inimicos eorum cohortans. Cumque vidisset, quod nimis esset exercitus Austrasiorum conjuncti [coadunati] simul, consilium dedit Francis qui cum ea erant, dicens: De nocte consurgamus contra eos cum lucernis, portantes socii qui nos præcedant ramos silvarum in manibus, tintinnabulis supra equos ligatis, ut nos cognoscere ipsorum vigiles custodes hostium non queant. Illucescente initio diei irruamus;

super eos, et forsitan eos devincemus. Placuitque A dilapsus, secus fluvium Sequanam Mictitanum [Al., Trucciae in pago Suessionico [Truncia pago Saxonico] convenire deberent. Illa sicut consilium derat, de nocte consurgens, cum armorum apparatu, cum ramis in manibus, vel reliqua quæ superius diximus, ascensis equitibus, Chlotharium parvulum regem in brachia vehitans, usque Truccago [Al., Trunciac] pervenerunt. Cum autem custodes hostium Austrasiorum ramos silvarum, quasi in montibus, in agmine Francorum cernerent, et tintinnabulorum audirent custodes, dixit vir ad socium suum : Nonne hesterna die in illo et illo loco campestria erant? quomodo nunc silvas cernimus? Et ille irridens dixit : Certe ineptius fuisti, modo deliras. Non audis tintinnabula equorum nostrorum juxta ipsam silvam pascentium? Cum haec agerentur, et aurora diei initium daret, irruerunt Franci cum strepitu tubarum super Austrasios et Burgundiones dormientes, cum Fredegunde et Chlothario parvulo. Interfeceruntque maximam partem de hoste illo, et innumerabilis multitudo maximi valde exercitus a majore usque ad minorem ibi cecidit. Gundoaldus quoque et Witrio [Al., Wintrio] per fugam dilapsi vix evaserunt. Landericus vero insecutus Witriōnem, ille per auxilium equi velocissimi evasit. Fredegundis vero cum reliquo exercitu usque Remos accessit, Campaniam succendit atque vastavit, cum multa præda et spoliis reversa est Suessionis civitatem cum exercitu suo

CAP. XXXVII. — *De morte Fredegundis, et bellum Theudoberti contra Chlotarium.*

Eo tempore Childebertus rex Austrasiorum habebat filios duos, seniorem ex concubina nomine Theudobertum, juniores vero ex regina nomine Theudericum. Ipsumque cum avia sua Brunichilde in Burgundiā in regno Guntramni regis magni direxit. Eo tempore mortuus est Childebertus rex junior, regnavitque annos 20. Theudebertus filius ejus in regno patris sui in Austria [Al., Auster] statutus est, Theudericus vero in Burgundia. Eo etiam tempore mortua est Fredegundis regina senex et plena diērum, et Parisius in basilica sancti Vincentii martyris est sepulta. Theudericus vero rex Burgundia erat pulcher et strenuus atque callidus nimis. Qui per consilium aviae suæ Brunihilde hostem maximum ex Burgundia congregans, contra Chlotharium patrem suum direxit. Chlotharius haec audiens, commotus Francorum exercitu, contra eum festinus perrexit. Convenientesque simul cum hostibus in pago Senonico super fluvium Aroanna constiterunt, belloque invicem commisso, tanta cædes illic fuit ut utroque populo, ut ipse alveus de hominum cadaveribus repletus, aqua ipsa penitus currere non valeret [Al., cursum aquæ solitum mutaret], tanto crux fuso. Ibi enim in ipso certamine visus fuit angelus Domini evaginato gladio super populum illum. Chlotharius autem rex cernens hæsum exercitum suum, in fugam

Militonem, et Mictitonem] castrum ingressus, exinde Parisius urbem penetravit. Theudericus quoque regionem illam devastans atque succendens, usque Sciona [Isquinam vicum] vice cum multa spolia reversus est. Chlotharius autem a Parisius regressus, usque Arelauno [Al., Erelauno, et Aurellano] silva properavit.

CAP. XXXVIII. — *De consilio pessimo Brunchildis, et quia Theudericus fratrem suum occidit.*

Brunchildis vero sepius per invidiam pejora consilia Theuderico regi nepoti suo subministrabat, dicens : Cur negligis et non requiris thesaurum patris tui ac regnum ejus de manu Theudoberti? cum certissime scias eum non esse fratrem tuum, quia filius meretricis est, concubine patris tui, et in adulterio fuit natus. Cum haec audisset Theudericus, acerbis moribus ut erat, exercitum plurimum commotum contra Theudobertum germanum suum direxit, et ad Tulbiacum castrum ad bellum convenerunt. Illis inter se valde confligentibus, Theudebertus hæsum cernens exercitum suum, in fugam dilabitur, et Coloniā civitatem ingressus est. Theudericus autem terram Ribuarinem [Al., Ribariensem] successit atque vastavit. Populus itaque regionis illius ejus seditionibus subdunt, dicentes : Parce nobis, piissime rex. Jam enim subditi sumus tibi : noli nos amplius opprimere. Et ille ait : Aut adducite mihi vivum Theudobertum, aut caput ejus amputate, et mihi deferete, si vultis ut vobis parcere debeam. Illi haec

Caudientes, in ipsa civitate ingressi ei alia pro alia mentientes dixerunt : Sic mandat frater tuus : Redde thesaurum patris tui, quem apud te retines : ille post haec revertetur cum exercitu suo. Cumque haec ei mentientes dicerent, ille cum eis in palatium thesauri sui ingressus est. Cumque in arca thesaurorum ornamenta requireret, unus ex eis abstractio gladio a retro eum in cervicem percussit, et amputavit caput ejus. Sustuleruntque eum per murum civitatis Coloniæ. Theudericus vero haec videns, ipsam civitatem apprehendens, thesauros magnos accepit. Cumque sacramenta ab ipsis Francorum sublimibus accepisset in basilica sancti Gereonis martyris, visum fui ei quod percussus fuisset in latere dolose. At ille ait : Observate ostia, nescio quis de istis perjuratis Riboariis me percussit. Cumque revolvisserent vestimenta ejus, non aliud invenerunt, nisi signum parvulum purpureum. Inde enim cum multa spolia Theudericus rex reversus, cum filia Theudoberti regis fratris sui, vel duobus filiis ejus parvulis, reversus est ad urbem Metensem, ibique Brunihilda regina advenerat. Apprehensosque pueros filios Theudoberti interfecit.

CAP. XXXIX. — *Quod Theudericus neptem suam ad conjugium sociare voluit, et quia Brunchildis ipsum Theudericum occidit.*

Theudericus itaque rex videns filiam Theudoberti, neptem suam, quod esset pulchra, voluit eam sibi ad conjugium copulare. Cui ait Brunihilda : Quomodo accipere poteris filiam fratris tui? At ille ait : Noane

tu dixisti mihi, quod non esset frater meus? Cur induxisti super me hoc peccatum, inimica, mala et rea mortis, ut fratrem meum et parentes interimerem? Et evaginato gladio [Al., cultro] voluit eam transverberare. Illa vero a circumstantibus erupta, evasit in cubiculum domus elapsa. Post hæc odio nimio infecta [Al., exterrita] potionem venenatam per manus ministrorum crudelium ei transmisit. Qui statim nescieus hunc dolum venenum habuit; ac deinde deficiens iniquum fudit [Al., effavit] spiritum. Illoque mortuq; parvulos filios ejus iniquiter ipsa Brunhildis jugulavit. Juniorem vero puerum in albis eliso cerebro ad petram interfecit.

CAP. XL. — *Quod Austrasii et reliqui Franci Chlodcharium in monarchiam elevant et Brunhildem morte condemnant.*

His regibus mortuis, Burgundiones, et Austrasii, cum Francis pace facta, Chlotarium regem in totis tribus regnis in monarchiam super se stabilierunt. Rex quoque Chlotarius commoto exercitu in Burgundiam abiit. Brunhildem dolose quasi eam ad congiuum sociare se fingeret, data fide venire ad se fecerat. At illa credens ei, ornata cultu regali ad eum venit. Qui cum eam vidisset, ait: Inimica Domini, eur tanta mala perpetrare invaluisti, ut tam nobilissimam sobolem regalem interimere in maleficiis tuis non formidasti, tantumque nefas agere non dubitasti? Tunc adunato agmine Francorum et Burgundionum, cunctis vociferantibus, Brunihildam morte turpissima esse condignam: tunc jubente Chlothario rege in camelio levata, toto exercitu girato, deinde equorum indomitorum pedibus ligata, dissipatis membris obiit. Ad extremum sepulcrum ejus ignis fuit, ossa ipsius combusta. Rex vero pace per circuitum facta reversus est.

CAP. XLI. — *Ubi Saxones adversus Dagobertum pugnam ineun, ducentque eorum Chlodcharius interfecit, et non longiorem hominem ex eis reliquit quam spata sua erat.*

Erat eo tempore post Landericum Gundoaldus [Al., Godolandus et Gundobaldus] nobilis, major domus in aula regis, vir egregius atque industrius. Eratque Chlothario regi tunc filius nomine Dagobertus, puer efficax, atque strenuus, ad omnia solers atque versutus. Quem rex adultum una cum Pippino duce in Auster regnaturum direxit. Austrasii vero Franci superiores congregati in unum, Dagobertum super se regem statuunt. In illis quoque diebus Saxones rebellantes nimis commoverunt exercitum gentium plurimarum contra Dagobertum regem, vel Chlotharium. Dagobertus vero collecto hoste plurimo, Rhenum transiit, contra Saxones ad pugnam exire non dubitavit. Illisque valide pugnantibus, Dagobertus super galea capitum sui percussus, abscisa particula de capillis ejus ad terram, retro stans armiger ejus colligit eam. At ille [Al., abscissa est particula capillorum ejus. Quæ cum ad terram decidisset, collegit eam armiger ejus. Qui] læsum cernens populum suum, dixit ad ipsum puerum suum: Perge velociter festinus cum crine capitum mei nunc ad patrem meum, ut

A succurrat nobis antequam cunctus exercitus corruat. Qui cucurrit velociter, et Ardennam silvam transito Rheno fluvio penetravit. Illic Chlotharius rex cum exercitu plurimo pervenerat. Cumque ille nuntius festinus adfuisse, deferens regi de absciso crine filii sui, ille nimio dolore commotus, cum strepitu turbarum de nocte consurgens, cum exercitu suo Rhenum transiit, in auxiliu filii sui festinus pervernit. Cumque simul conjuncti in unum hilari corde manibus plauderent, super Wisera fluvium tendentes fixerunt tentoria. Berthoaldus vero dux Saxorum ex alia parte ripæ hujus fluminis stans, paratus ad placitum, vel ad pugnam procedere, audiens hunc tumultum populi, interrogavit quid hoc esset? At illi responderunt dicentes: dominus Chlotharius rex venit, et ob hoc lætantur Franci. Qui respondit cum ganno [Al., cachinno] dicens: Mentitis vos, delerare formidatis, cum Chlotharium habere dicitis: cum nos eum mortuum esse auditum [auditu compertum] habeamus. Rex quoque illic stans lorica indutus et galea in capite, crines cum canitie variatos obvolvit. Cumque discopertus, a galea apparuisset caput regis, cognovit Berthoaldus esse regem, et ait: Tu ne hic eras bile [Al., blare jumentum et bale jumenti] jumentis. Rex vero hæc audiens, valde indignatus hoc convicio, Wiseram fluvium ingressus cum equo velocissimo, transnatavit, ferus ut erat corde, Berthoaldum persecutus. Francorumque exercitus sequens regem, natantes vix fluvium cum Dagoberto transsiliebant per gurgites immensos. Rex quoque Chlotharius persecutus Berthoaldum, certabat valde cum eo. Dixitque Berthoaldus: Recede a me, oro [Al., o rex], ne forte interficiam te. Quia si prævaluueris adversus me, sic omnes homines dicent, quod servum tuum Berthoaldum gentilem peremisti. Si autem interficerò ego te, tunc rumor magnus in cunctis gentibus audietur, quod fortissimus rex Francorum a serva sit interfactus. Rex autem nequaquam acquievit dictis ejus, sed magis consurgebat animus illius, contra et supra eum. Eques itaque quidam regis a longe secutus regem, clamat: Confortare, confortare contra adversarium tuum, domine mi rex. Jamque erant manus regis graves valde. Erat enim loricatus. Consurgensque rex super eum, interfecit ipsum Berthoaldum, sustulitque caput ejus in conto. Reversusque ad Francos, illisque lugentibus, nesciebant quid regi contigisset. Viso ergo eo, gavisi sunt gaudio magno. Rex vero tota terra Saxonorum vastata, populo illo imperfecto, non ibi majorem hominem reliquerunt viventem, nisi et gladius suus (quod spatam vocant) per longum habebat [Al., nisi qui gladius sui stataram æquare posset]. Hoc signum in regione illa statuit. Reversusque est rex victor in terra sua.

CAP. XLII. — *De morte Chlodcharii, et regnum Dagoberti.*

Succedente vero tempore mortuus est Chlotharius rex, senex et plenus dierum: regnavitque annos 44. Regnumque ejus Dagobertus rex filius ejus in monarchia in totis tribus regnis sagaciter accepit. Fuitque

ipse Dagobertas rex fortissimus in bellis, enutritor Francorum, severissimus in judiciis, ecclesiarum largitor. Ipse enim eleemosynarum copia de fisco palatii per ecclesias sanctorum primus distribuere censum jussit. Pacem in cuncto regno suo statuit. In multis gentibus rumor ejus personuit, timorem et metum in universis regnis per circuitum incussum. Ipse pacificus sicut Salomon, quietus regnum obtinuit Francorum. Tunc et beatus Audioenus episcopus exortus euituit. Eo tempore defuncto Gundoaldo majore domus inclito, Dagobertus rex Erconaldum [Al., Archenaldum] virum illustrem in majorem domatus statuit. Habuitque predictus rex ex regina sua Nanthilde [Al., Lanthilde] de genere Saxonorum filios duos, Sigibertum, et Chlodoveum. Sigibertum vero majorem filium suum in Auster, una cum Pipino duce, direxit in regno statutum [Al., regnatum]. Chlodoveum quippe juniores secum retinuit.

CAP. XLIII. — *De morte Dagoberti et Sigiberti, et regnum Chlodorei.*

Post hæc igitur rex Dagobertus a febre valida corruptus, ægrotans mortuus est in Spinogilo villa in pago Parisiacense [Al., Parisiaco], et in basilica beati Dionysii martyris sepultus est. Planxeruntque cum Franci diebus multis : regnavitque annos 34. Chlodoveum filium ejus Franci super se regem statuunt. Accepitque uxorem de genere Saxonorum nomine Bathildem, pulchram valde, et omni ingenio strenuam. Post hæc autem Sigibertus rex Austrasiorum Pippino defuncto Grimoaldum filium ejus in majorem domatus statuit. Decedente vero tempore, defuncto Sigiberto rege, Grimoaldus major domus filium ejus parvulum nomine Dagobertum totundit, et per Didonem Pictavensis urbis episcopum in Scotia ad peregrinandum eum dirigens, filium suum in regno constituit. Franci itaque commoti atque vehementer indignati, Grimoaldio insidias præparant : eumque eximentes, ad condemnandum regi Francorum Chlodoveo deferunt [Al., eumque comprehensum ad condemnandum regi Chlodoveo, ut erat morte dignus, destinant. *Item in alio* : eumque de imperio dejicientes, regnum Chlodoveo deferunt]. Et Parisius civitate in carcere mancipatus, vinculorum cruciatu constrictus, ut erat morte dignus, propter scelus quod in dominum exercuit, morte vitam finivit.

CAP. XLIV. — *Quo tempore regnum Francorum concidit, et de morte Chlodovei, et regnum Chlodchari.*

Eo tempore Chlodoveus brachium beati Dionysii martyris abscondit, instigante diabolo. Per idem tempus concidit regnum Francorum casibus pestiferis. Fuit autem ipse Chlodoveus omni spurcitæ deditus, forniciarius et illusor seminarum, gula et ebrietate contentus. De hujus morte et fine nihil dignum historia recolit. Multi enim scriptores ejus finem condemnant, nescientes finem nequitæ ejus, in incertum de eo alia pro aliis reddentes et referentes. Nam ex Bathilde regina ejus habuit tres filios, Chlotharium, Childericum atque Theudericum. Decedente itaque in extremis præfato rege Chlodoveo, qui regnavit

A annos 16, Franci Chlotharium senioream puerum ex tribus sibi regem statuerunt, cum ipsa regina matre regnaturum.

CAP. XLV. — *Ubi Ebroinus major domus eligitur, Chlodchariusque rex moritur, regnumque Theudericus et Childericus assunt.*

Eo tempore defuneto Erchonaldo [Al., Erchenoldo] majore domus, Franci in incertum vacillantes, præfinito consilio Ebruino hujus honoris altitudine majorem domo in aula regis statuunt. In his diebus Chlotharius rex puer obiit, regnavitque annis quatuor. Theudericus autem frater ejus rex elevatus est Francorum. Childericus itaque alias frater ejus in Austria una cum Vulfaldo duce regnum suscipere perexit. Eo tempore Franci adversus Ebroinum insidias præparant, super Theudericum consurgunt, eumque a regno dejiciunt. Crinesque capitis amborum vi abstrahentes, incendunt, Ebroinum tundunt, eumque in Luxovio monasterio in Burgundia dirigunt. In Auster quoque propter Childericum legationem mitteutes accommodant, et una cum Vuolfoaldo duce veniens in regno Francorum elevatus est. Nam ipse Childericus levis nimis omnia incaute peragebat, donec inter eos odium maximum et scandalum crevit, Francos valde opprimens. E quibus unum Francum, nomine Bodolenum [Al., Bodileno, et Bodilensem] ad stipitem tensum cœdi valde sine lege præcepit. Hæc videntes Franci, in ira magna commoti, Ingobertus videlicet et Amalbertus, et reliqui majores nata Francorum, seditionem contra ipsum Childericum concitantes, Bodolenus super eam cum reliquis surrexit insidiatoribus, regem interfecit, una cum regina ejus prægnante, quod dici dolor est. Vulfaldus quoque per fugam vix evasit, in Auster reversus. Franci autem Leudesium filium Erchinaldi [Al., Archenoldi] nobilem in Majorem domus palatii eligunt. Eratque ex Burgundia in hoc consilio beatus Leudegarius Augustodunensis episcopus, et Gerinus frater ejus, consentientes. Ebroinus itaque consilio accepto, capillos crescere sinens, congregatis in auxiliu sociis, hostiliter a Luxovio cenobio egressus in Franciam revertitur cum armorum apparatu. Ad beatum Audioenum direxit, quid ei consilium daret interrogaturus. At ille per internuntios hoc solum scripto dirigens, ait : De Fredegunde tibi subveniat in memoriam. At ille, ingeniosus ut erat, intellexit, et de nocte consurgens, commoto exercitu usque His sera [ad Iseram] fluvium veniens, interfectis custodibus ad sanctam Maxentiam Hissera transiens, ibi quos reperit de insidiatoribus suis occidit. Leudesium una cum Theoderico rege et sociis quamplurimis per fugam evasit. Ebroinus autem eos usque ad Bacio [Al., Stoacio] villa insecurus est, ibique thesanos regales adprehendit. Deinde post hæc Crisiago [Al., Crisiacum] veniens, regem recepit. Leudesium autem data fide sub dolo ad se venire mandavit. Quo facta, Leudesium interfecit, et ipse principatum sagaciter recepit. Sanctumque Leudegarium episcopum diversis ponis casum gladio ferire jussit. Gairoenum [Al.,

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

Digitized by Google

Cerium, et Carinum] fratrem ejus dura poena damnavit. Reliqui vero Franci eorum socii per fugam vix evaserunt. Nonnulli vero in exsilio perva-
gati [in exsilium acti], propriis facultatibus privati sunt.

CAP. XLVI. — *Quod Martinus et Pippinus duces Austrasiorum bellum agunt contra Ebroinum et Theudericum.*

Eo quoque tempore decedente Vulfoaldo de Auster, Martinus et Pippinus, junior filius Ansigiseli, quondam decedentibus regibus, dominabantur in Auster: donec tandem aliquando hui duces in odium versi contra Ebroinum, exercitum plurimum Austrasiorum commoti, contra Theudericum regem et Ebroinum aciem dirigunt. Contra quos Theudericus rex et Ebroinus cum hoste occurrunt, loco nuncupante Lufao [Al., Lucosao, et Lucofago], simulque B conjuncti se invicem cæde magna prosternunt, corrumpitque ibi infinita turba populi. Austrasii devicti, in fugam lapsi, terga verterunt. Ebroinus eos cæde crudelissima insecuritus, maximam partem ex illa re-
gione vastavit. Martinus per fugam elapsus, Lauduno Clavato ingressus, illuc se reclusit. Pippinus autem altrius secus evasit. Ebroinus itaque perpetrata victoria reversus est, et cum exercitu magno venit Ercherego [Al., Ercheco, et Ercarico] villa. Itaque ad Martinum nuntios dirigit, ut dato sacramento cum fiducia ad regem Theudericum veniret. Hoc dolose ac fallaciter super vacuas capsas ei jurantes. Ille vero credens eis, Erchreco veniens, ibi cum sociis suis interse-
ctus est.

CAP. XLVII. — *Ubi Ebroinus occiditur, Waratio in majorem domatus assimilatur, et sanctus Audoinus ad Dominum migravit.*

Ebroinus igitur magis ac magis Francos crudeliter opprimebat. Sed tamen Deo donante dum Ermesfrido Franco pararet insidias, ipse Ermesfridus hoc cognoscens, et nocte irruens super eum, interfecit illum atrociter, atque ad Pippinum in Auster fugiens evasit. Franci vero, consilio accepto, Warattionem virum illu-
strem in loco ejus cum jussione regis majorem domum palatio constituunt. Accepit itaque Waratto inter haec obsides a predicto Pippino, et pacem cum eo iniit. Erat in illo tempore memorato Warattionis filius efficax in-
dustriusque, sero animo, et acerbis moribus, insidiator patris sui, eunque ab honore generositatis supplanta-
ns, eratque nomen ejus Gislemarus. Cui beatas
Audoenus episcopus prohibuit, ne hanc nequitiam contra patrem suum inferret. Quod ille audire contempsit, fueruntque inter ipso Gislemaro et Pippino bella civilia et multæ discordie. Qui ob injurias patris vel alia peccata crudelia a Deo percussus, ini-
quissimum spiritum exhalavit, juxta quod sanctus Audoenus ei prædixerat. Illoque defuncto, Waratto iterum honorem pristinum functus est. Sub his diebus Audoenus Rotomagensis episcopus plenus die-
rum, atque virtutibus præclarus, Clippiago villa regale in suburbana Parisiorum civitate migravit ad Domini-
num, et cum magna gloria in basilica sancti Petri apostoli Rotomagi civitate sepultus est.

A **CAP. XLVIII.** — *Quod Waratto moritur, et Bertharius in loco ejus constitutus, Pippinusque eos devictos majordomatum in sua redigit potestate.*

Succedente quippe temporum curriculo prædictus Waratto defunctus est. Fuitque ei matrona nobilis ac ingeniosa, nomine Ansefledis [Al., Ansiedis, et Ansafelidis]. Franci namque in diversa tendentes vacillabant: Bertharium [Al., Bertharium] quemdam statura pusillum, sapientia ignobilem, consilio inutili-
lem, in maiorem domatus oberrantes statuunt. Franci in invicem divisi, Pippinus in Auster consurgens, commoto boote quamplurimo, contra Theudericum regem et Bertharium aëiem dirigit. Convenientesque ad prælium in loco nuncupante Textricio, illisque inter se belligerantibus, Theudericus rex cum Berthario majore domo terga verterunt. Pippinus vero vicit exstitit. Procedente itaque tempore ipse Bertharius ab adulatoribus suis occisus est, instigante [insidiante] Anseflede. Post hæc Pippinus cum Theuderico rege coepit esse princeps regiminis ac major domus. Thesauris acceptis, Norbertum [Al., Nordebertum] quemdam de suis cum rege reliquit, ipse in Austriam remeavit. Erat autem Pippino uxor nobilissima ac sapientissima nomine Plectrudis. Ex ipsa genuit filios duos. Nomen majoris Drocus [Al., Drogo], et nomen minoris Grimoaldus. Drocus ducatum Campaniæ accepit.

CAP. XLIX. — *Dé obitu Theuderici et regnum Chlodorei et Childeberti, et Grimoaldo majore domus.*

Obiit autem Theudericus rex, regnavitque annos 19 [Al., 18]. Chlodoveus filius ejus puer regalem sedem suscepit, ex regina nomine Chlothilde [Al., Rotilde] progenitus. Nec multo post ipse Chlodoveus rex puer mortuus est: regnavitque annos 2. Childebertus autem frater ejus, vir inclitus, in regno statutus est. Eo quoque tempore Norbertus mortuus est. Grimoaldus quoque Pippini principis filius junior in Aula regis Childeberti major domus effectus est. Ipse igitur Pippinus multa bella gessit contra Ratbodem gentilem, vel alios principes, contra Suevos, vel quamplurimas gentes. Grimoaldus quippe genuit filium ex concubina, Theudaldum nomine. Sub idem vero tempus Drogus filius Pippini defunetas est. Habebatque Pippinus præfatus princeps filiam ex alia uxore, nomine Carobum, virum elegantem, egregium atque utilem.

CAP. L. — *De transitu Childeberti, et regnum Dagoberti: et quia Grimoaldus interficitur, et honorem patris sui Theudoaldus ambitur.*

Tunc enim beatæ memorie Childebertus rex justus migravit ad Dominum. Regnavit autem annos 18 [Al. 19], sepultusque est Cauciago [Al., Causiaco] monasterio in basilica sancti Stephani martyris. Regnavitque Dagobertus filius ejus pro eo. Habetat-
rum Grimoaldus uxorem in matrimonio, nomine Teutsindam [Al., Theodesindam], filiam Ratbodi du-
cis gentilis. Eratque ipse Grimoaldus major domus pius, modestus et justus. Eodem enim tempore ægrotante Pippino duce genitore suo, dum ad eum

visitandum accessisset, nec mora, in basilica sancti Landeberti martyris Leodosio [Al. Leodico] peremptus est a Rangario gentile filio Belial [Al., Beluabi], Theudoaldum vero filium ejus, jubente Pippino avo, in aula regis honore patris sublimem statuunt.

CAP. LI. — *De morte Pippini : et bella Francorum inter se, et Theudoaldo fugato Ragamfredus in principatum est elevatus.*

Eo tempore Pippinus febre valida correptus, defunctus est. Obtinuitque principatum sub suprascriptis regibus annos 27. Plectrudis quoque cum nepotibus suis, vel rege, cuncta gubernabat sub discreto regimine. In illis diebus instigante diabolo Franci denuo in Cotia silva in Francos invicem irruunt ac se mutuo durissima cæde prosternunt. Theudoaldus autem per fugam elapsus, eruptus est. Fuitque illo tempore valida persecutio. Theudoaldo enim fugato, Ragenfredum in majorem domatum [in principatu majoris palatii] elegerunt. Qui commoto cum rege exercitu, Carbonariam sylvam transeuntes, usque mosam fluvium terras illas vastantes succenderunt. Cumque Radbodo duce gentili amicitias feriunt. Carolus his diebus cum captus a Plectrudis femina sub custodia teneretur, auxiliante Domino vix evasit.

CAP. LII. — *De morte Dagoberti, et regnum Chilperici, et quod bellum gessit Carolus contra Ratibode.*

Sequentे tempore Dagobertus rex ægrotans mortuus est, regnavitque annos 5. Franci post hæc Daniëlem quondam clericum, cæsarie capitis crescente, in regno stabilunt, eumque Chilpericum nuncupant. Quo etiam tempore denuo exercitu commoto, usque ipsum fluvium Mosam veniunt, contra Carolum aciem dirigentes : atque ex alia parte Frigiones [Fresiones] cum Ratbodo duce consurgunt. Carols quoque super ipsos Frigiones irruit, ibique maximum dispendium de sodalibus suis percessus est, atque per fugam dilapsus abscessit.

CAP. LIII. — *Quod Carolus pugnam gessit contra Chilperico et Ragamredo, in loco nuncupante Vinciaco; eosque dencios atque fugatos, omne regnum Francorum in sua rededit potestate.*

Succedente igitur tempore iterum ipse Chilpericus cum Ragenredo [Al., Raganredo], hoste commoto, Ardennam sylvam ingressus, usque Rhenum fluvium, vel Colonia civitate, pervenerunt, vastantes terram. Multoque thesauro a Plectrude matrona accepto, revertebantur gaudenter. Sed in loco quadam, qui dicitur Amblava, maximum, Carolo super eos irruente, percessi sunt dispendium. Quo etiam tempore prædictus vir Carolus exercitu commoto iterum contra Chilpericum vel Ragenfredum ad bellum surrexit. Illi etiam e contra hostem colligunt, bellumque parantes accelerant. Sed Carolus pacem fieri postulat. Illisque contradicentibus, ad prælium egressi sunt in loco nuncupante Vinciago [Al., Vicicco], Dominico die illucescente 12 Kal. April. in Quadragesima. Illisque fortiter bellantibus, Chilpericus cum Ragenredo terga vertit. Carolus victor exstitit. Re-

A gionibusque illis vastatis atque captivatis, iterum cum multa præda in Austria reversus, Coloniæ civitatem venit, ibique seditionem intulit. Cum Plectrude matrona disceptavit, et thesauros patris sui sagaciter recepit, regemque sibi statuit Chlotarium nomine. Chilpericus itaque et Ragenfredus Eudonem ducem expetunt in auxilium. Qui movens exercitum, contra Carolum perrexit. At ille constanter occurrit ei intrepidus. Sed Eudo fugiens, Parisiæ civitatem regressus est. Chilpericus quoque cum thesauris regalibus sublati ultra Ligerem secessit. Quem Carolus persecutus non reperit. Chlotarius quidem memoratus rex eo anno obiit. Carolus anno inseculo legationem ad Eudonem direxit, amicitiasque cum eo fecit. Ille vero Chilpericam regem cum multis muneribus reddidit, sed non diu in regno resedit. Mortuus quidem est post hæc, et Noviomagnum civitate sepultus : regnavitque annos 5 et dimidio. Franci vero Theudericum II Cala monasterio ene-tritum, filium Dagoberti junioris, regem super se statuunt. Qui usque nunc in regno subsistit.

APPENDIX

A THEODÓRICO II USQUE AD PIPPINUM REGEM,

NUNC PRIMUM ADJECTA.

Ex cod. ms. bibliothecæ Alex. Petavii regii senatori.

Eo etenim tempore ab urbe Roma papa Gregorius claves venerandi sepulcri, cum vinculis sancti Petri, et muniberis magnis et insinuis, legationem, (quod antehac nunquam accidit, neque unquam auditum fuit) ad memoratum principem Carolum destinavit : eo pacto patrato, ut a partibus imperioris recederet, et Romano consulto præfato principi Carolo sanciret. Ipse itaque princeps magnifico honore ipsam legationem recepit, munera pretiosa contulit, atque cum suis nuntiis Romam remisit. Itemque memoratus princeps, consilio optimatum suorum expedito, filiis suis regna dividit. Idcirco primogenito suo Carlomanno nomine Austrasiæ, Sueviæ, id est Alemannia et Turonicam [forte, Turingiam] tradidit. Alteri vero filio minori Pippino nomine, Burgundiam, Austriam, atque provinciam commisit. Eo anno Pippinus commoto exercitu cum avunculo suo Hildebrando duce, et multitudine primatum, et agmine satellitum plurimorum, in Burgundiam dirigunt, fines regionum præoccupant. Interim in sole et luna et stellis nova signa apparetur, et Paschalis quoque ordo sacratissimum turbatus fuit. Carolus itaque princeps Parisiæ basilicam sancti Dionysii martyris multis muneribus ditavit. Veniens Carriacum [Al., Carisiacum] villam palati super Isira fluvium valida febri correptus obiit. Obiuit principatum annis 27. Obiit xi Kal. Novembr. sepultusque est in basilica sancti Dionysii martyris. Hiltrudis filia ejus, faciente consilio noverce sue, fraudulenter per manus sodalium suorum Rhenum transiit, et ad Ottilonem ducem Bauocarias pervenit. Ille vero eam ad conjugium copulavit contra voluntatem vel consilium fratrum suorum.

Interea rebellantibus Vuasconibus in regione Aquitanie, cum Hunaldo duce filio Eodonis quondam, Carolumannus atque Pippinus principes et germani congregato exercitu Ligeris alveum apud Aurelianias urbem transeunt, Romanos proterunt, usque Bituricas urbem accedunt, suburbana ipsius igne comburunt. Hunoaldum ducem persequentes fugant, multa præda capta,..... inde victores circa tempus autumni reversi sunt. Eodem anno iteram exercitum moverunt contra Alemanno, supra fluvium Danubium castra metati sunt. Ibiique residentes, quo usque ipsi Alemanni victos se viderunt, obsides donant, jura promittunt, munera offerunt: et pacem petentes, eorum ditioni sese submittunt. Inde reversi anno secundo in Bavoariam commovent exercitum contra Ottilonem cognatum ipsorum rebellantem. Venientesque castra metati sunt super fluvium qui dicitur Lech. Bavoariorum exercitus ex alia parte. Hinc inde se mutuo videntes, usque ad xi diem Franci provocati irrisionibus gentis illius, periculo se dederunt per loca deserta et invia, ubi nullum iter unquam patebat cuiquam mortalium. Nocteque irruentes super eos, divisis exercitibus commissum est bellum. Prædictus dux Otilio cæsum exercitum suum videns, vix cum paucis turpiter ultra Ignem fluvium fugiendo evasit. His triumphis peractis, prædicti principes victores ad propria sunt reversi.

Evoluto itaque triennio, iterum Carolumannus confinium Saxonorum ipsis rebellantibus cum exercitu irripuit. Ibiique captis habitatoribus, qui suo regno affines esse videbantur, absque belli discriminè feliciter acquisivit. Plurimi eorum Christiani effecti, baptizati sunt. Per idem tempus, rebellante Theobaldo filio Godfridi ducis, Pippinus cum virtute exercitus sui eum a patria expulit. Illoque fugato, renovavit sibi ejusdem loci ducatum, atque exinde vitor redit. Sequenti anno præcelsi Germani provocati coturno Vuasconorum, iterum usque ad Ligerim fluvium pariter adunati venerunt. Quod videntes Vuascones, præoccupaverunt pacem petere, et voluntatem Pippini in omnibus se executuros pollicentes, innumeratum eum a finibus suis ut rediret

A precibus obtinuerunt. His ita transactis, sequenti anno dum Alemanni contra Carluminannum eorum fidem secesserint, ipse cum magno furore et exercitu in eorum patriam peraccessit, et plurimos eorum, qui rebelles exstiterant, gladio trucidavit. His ita gestis, sequenti anno Carolumannus devotionis causa instinctu succensus, regnum una cum filio suo Dronco manibus germani sui Pippini committens, ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli Romani in monastico ordine perseveraturus advenit. Qua successione Pippinus roboratur in regno.

Eodem anno Saxones rebellare conati sunt. Qua de causa Pippinus cum exercitu eos prævenire compulsa est. Cui etiam reges Vuinidorum et Frisorum ad auxiliandum uno animo occurrerunt. Quod videntes Saxones, timore compulsi sunt. Multi ex eis fuere trucidati, plures in captivitatem abducti, regiones eorum igni concrematae. Pacem petierunt, juri Francorum, ut mos fuerat, se submiserunt, et ea tributa, quæ Chlotario quondam solvebant, plenissima solutione ab eo tempore et deinceps se redditus promittunt. Ex quibus quoque plurima multitudo videntes se contra impetum Francorum rebellare non posse, propriis viribus destituti, petierunt sibi Christianitatis sacramenta conferri. Quo peracto tempore, Baioarii fidem, quam antea promiserant, fellunt. Qua de re princeps Pippinus commoto exercitu eorum patrias accessit. Ipsi vero ultra fluvium Igni cum uxoris ac liberis fugerunt. Præfatus princeps super ripam Igni castra metatus, navale prælium præparavit, qualiter eos usque ad internecionem persequeretur. Hoc videntes Baioarii se evadere non posse, legatos cum multis muniberis transmittunt, et ejus ditioni se subdunt, et sacramenta vel obsides donant, promittentes se ulterius rebelles non existuros. Ipse vero princeps in Franciam remeavit, et quievit terra a præliis duobus annis. Quo tempore cum consilio Francorum missa relatione, sedis apostolicæ auctoritate percepta, ipse Pippinus cum consensu Francorum et consecratione episcoporum sublimatur in regno.

[Hactenus codex ms.]

IX.

CHRONICON EPISCOPORUM METENSIVM

AUCTORE ANONYMO.

(Ex D. Calmeto, Hist. Lothar.)

* Viro huic præclaro successit dominus Angerannus [Al., Angelramne], in ordine trigesimus octavus. Hic archicapellanus palatii exstitit Caroli Magni. Hujus

* Viro huic præclaro. Is est Chrodegangus episcopus quo Paulus Diaconus in Gestis episcoporum Metensivm (hujuscemodi Patrologie tomo XCV, col. 699).

D tempore facta est imperatorum translatio Græcorum ad reges Francorum, hoc ut fertur modo: Leonem papam III Romani zelo furoris completi corripientes,

Chronicon hoc, quod ex D. Calmeto recidimus, incipit ab Angelranno episcopo, in quo Gesta sua clausit Paulus Diaconus.